Denique ut præstantes arbores boni commendant fructus, ita insigni ornamento viribus conferre solent heroici viri, eruditio, rebus magnificè gestis, & virtutis, præstantes. Sic inter alios multis insigni viros, quo rū celebris est apud Scriptores mentio, qui Hispalim ortu condecorarunt, nostro ævo extitit. **Benedictus Arias Montanus**, Nobilissimus & summus Theologus, plurimarum linguarum vulgarium & eruditarum cognitione admirandus, & homo plane incomparabilis, fecundum & locuples diuina munere ingenium. Testantur id opera quæ summam eius admirationem apud omnes excitant. Inter quæ primas fibi merito vendicat Veteris ac noui Testamenti ad Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, & Syriacam linguā translatio, Deinde Commentariorum opus in duodecim Prophetas, & in reliquos maiores paraphras, Liber Generationis & Regenerationis Adam, lib. de Historia generis humani, Opus de optimo imperio, sive in lib. Iosifi Commentarium, Daudis Regis ac Prophetæ, aliorumque salmos ex Hebraica veritate in Latinum carmen conuerit, Hymnos joculipræ & fecula vario carminum genere. Dictatum Christianum, sive communes & aptas omnium discipulorum Christi partes: Quatuor diuersorum poëmaticorum tomos. Atque hæc quidem tanti viri opera ad meam Bibliothecam venerunt, sic plura, que non vidi, recensente nequeo.

Non hic longa oratione commemorabo, quā capax & ampla natiuitas statio; quānta Batis amoenitas, quām longè aquaductus s' extendant, quantas opes Hispalenses ex novo orbe annua nauigatio percipiunt, quanto sumptu & apparatu classis Regia hic adorneret, quām preciosæ merces quām variae & exoticæ res ex viuis uera India, Bresilia, AEthiopia, Arabia, Africa, in hanc urbem singulis annis inferantur. Sed Hispalim tantam egredientes agrum vicinum contemplabimur. In quo, mirum diut, quām excellētia antiquitatem monumenta ex terra visceribus eruantur, vt peculiari tabula hoc opere explicatiūs. Suburbani verò soli vbertas maxima, in quo villa, horti, cultu & aſperitate gratissimi, & amēnissima oiueta conficiuntur, In quibus condensæ arbores, ardentiore meridiani sole, vmbra, scēnæ, & recreationis occasione, præbent.

In vicino urbi agro Domus amplissima visitur, El Mattadero nuncupata, in qua optima politiæ ratione mandantur osse & boues, & varia pecora campi, quorū carnes Hispali ciuiibus & inquinis diuenduntur. In latissimo vero campo, iuxta hanc domum, iucundissimum spectaculum præberet, Taurorum venatio, quos robustissimobisi saginant, capitii ac pectoris robore præstantes, in quos mollos & magnos incitant canes, quibus per se alioqui ferocios, truces ac toruos, priusquam eos mactent, effaret solent, ita vt in canes magna ferocitate insistentes, ignem naribus spirent, terramque pedibus feriant, in altum spargant arena, frontem semper canibus offrant, & cornibus hoītes infelgent, & tanto impetu appetant, vt eos cornibus ferentes in aētem altè projiciant, & in cornuum cupides exipient decadentes.

Denique tam multa de hac urbe præclaræ commemoari possunt, vt natum sit inde & tritum vetustate dicatum, Qui non ha visto SE VILLA: non ha visto marauilla. Scribit Fortalitius fidei, quod Fernandus Secundus eius nominis, octauus Rex Castellæ, considerans, quod ciuitas Hispalensis, erat de principali bus mundi, quia receptaculum terra & maris, itaque magno desiderio illam Christianis restitutam cupiuit. Vocato ergo Raymundo Bonifacio, tunc Admiralo, classem per mare adornari mandauit contra Hispalenses, Rex vero per terram cum magno exercitu venit, Et sic terra & mari, artificiis obfesa est ciuitas, per mensu xv. Errant profligati Saracenis, Antiochii secundum ducen-

tesimo nonagesimo in die Sandi Clementis, occupata, cum multis alijs Hispalensis ciuitatibus vicinis. Aliam, & vberiorem Hispalis descriptionem studiosus lector in Indice operis inueniet.



# S. IVAN DEL FORATCHE.

**I**spalis, ut est celeberrima Hispania, & in ea Beticæ ciuitas, quæ opida plura, quam aliæ Regiones numerat, Ita præ cæteris huius Regni prouincijs, nobilium, magnatum ac Regum sumptuosis edificijs maximè decorata fuit, quam felicem ac beatam interpretatur; inter quæ S. Ioannis del Foratche, primo ab Hispalii lapide, veteris castrorum ruinæ, incredibili magnitudine, collem occupant ad Bætim flumen vulgo & Arabico idiomate Guadalqueuir, dictum, quod designat fluuium magnum. Ex cuius ruderibus & erutis antiquitatibus apparet eam arcæ à Gothis quondam constructam fuisse.

## I E R E N N A.

**I**Etrenna, famosus prope Hispalim locus, ob mirabilem saxorum in circuitu dispositionem, tantâ multitudine in terram defixorum, quasi cœlesti pluvia huc delapsa fuissent. Terramotu factum putatur, quo multa ædificia Hispalie & Cordubæ & vicinis in locis frequenter corruerunt.

Ad delectationem quoq[ue] eorum, quos antiquitatis studium capit, monumentorum quorundam descriptionem subiungimus, que Anno M. D. LXV. in suburbis Hispalensibus inuenta fuere. Quod vbi communitat[i] Hispalensi hæc fama innotuerit, quasi veneranda sanctorum corpora, hic reperta fuissent, Hispalenses incole pro singulari in catholicâ religionem affectu, tam frequenti concursu, ad visendum hæc monumenta excurserunt, & loci terram, tanquam martyrum sanguine consecratam, secum in verbum retulerunt, ut nisi magistratus autoritate portæ clausæ, & tantus populi feruor cohibitus fuisset, totum suburbanum hunc fundum abstulisset. Talia autem inuenta fuerunt.

1.  
CAPSA plumbea ouiforma (qui inerat eiusdem formæ vitrum refertum cineribus ossibusq[ue] exusti corporis humani, superimpositis tribus vitreis lachrymarum vrnulis) reperta sub terra in sububio Hispalensi (vulgò el tablado) in rusculo Henrici van Belle, mercatoris Flandri, Anno 1565.

2.  
Sepulchrum septempedale ex solido marmore excisum, cui inerant ossa nobilis fœminæ Christianæ, ut apparebat ex superimposito coperculo marmoreo cum inscriptione sequenti, in eodem sububio, comedij tempore repertum.

PAVLA CLSA FEMINA, FAMVLA XPI,  
VIXIT ANNOS XXIIII. MENSES DVO,  
RECESSIT IN PACE DIE XVI. KAL.  
FEBRVARIAS. ERA DLXXXII.

3.  
Sepulchrum forma, magnitudine & materia omnino priori simile, & illi coniunctum, continens idem nobilis fœminæ Christianæ ossa cum hac inscriptione.

CEREVELLA CLSA FEMINA FAMVLA  
XPI VIXIT ANNOS PL. MVS XXXV.  
RECESSIT IN PACE III. KAL. FEBRVARIAS DC.

4.  
Lapis quadratus in eodem loco, codemq[ue] tempore sub radice perierit, nucis repertis cum sequente inscriptione.  
NOME VIXIT ANNO ET MENSIBVS VIII. DIESBV XII.  
H. S. E. S. T. L. hic sita est fictilia terra levis.  
NOME EVIT NOMEN, HAESIT NASCENTI CYSVCIA  
VTRAQUE HOC TITVLQ[UE] NOMINA SIGNIFICO.  
VIXI PAROM, DVLCISQ[UE] FVI DVM VIXI PARENTI  
HOC TITVLQ[UE] TEGEOR DEBITA PERSOLVI.  
QVIQ[UE] LEGIS TITVLVM SENTIS QVAM VIXERIM PAROM,  
HOC PETO NVNC DICAS SIT TIBI TERRA LEVIS.

5.  
Monumenta siue sepulchra coniuncta ex lateribus coctis exstructa, ac fornicate, quæ paxis in illo sububano Hispalensi permulta ac penè innumerabilia quotidie, in subruenda terra reperiuntur, ita ut qui in illo territorio fundum extrudi sedibus emunt, tantam vim laterum sub terra inueniant, ut super terram ædificio penè sufficientant.

6.  
Maioris Hispalensis Ecclesiæ turrim hic separatum exhibemus, ob insignem venustatem & artem, quam Mauri coæto ex latere, dum ipsi in Hispania rerum portentum, tanto sumptu & artificio construxerunt, ut in admirationem spectantes rapiat, cochlearum intus haberet, per quam eques ad quadrature summitatem commode ascendere posset. Super riorum verò ædifici & campanarum ornatum postmodum Christiani addiderunt in cuius circumferentia capitibus his sculptum. TVRRIS FORTISSIMA NOMEN DOMINI. Proverb. XVIII.

In supremo turri apice Fidei est statua ætea, magnitudine hominem referens, versatilis ventorum index.





UVA. BHSC. SC 00745

# ARCHIDONA.



**R**CHIDONA, in Bética Provincia Hispaniae oppidum, viam, quæ Hispani Granatam ducit, plano & eleganti situ ad montis radices, venuisse exornata, rei rustica, & pecuniaris studio, nautier suos exercet, cum pacuis & hortis abundet. In iminens illi mons in vertice castrum venustate collapsum sustinet, in quo Mauri sua tenuerunt presidia ad maximam Christianorum calamitatem, ac barbarem tyrannidem, qua multissimis omnes Hispaniae Provincias, & praesertim hanc Beticam diris modis afflexerunt. Ad quam exercendam & continuandam tyrannidem, per totam Hispaniam diuersis in locis, vario habuerunt reges, quorum residentia & palatia regia, barbara quidem, sed fauofulæ a valde superba, in præcipuis rribus fuerunt, ut Toleti, Salmantæ, Marunt, sed & diuersas excitando arces, vias occuparunt, & transiit, quo turiores in sua Regia forent. Hinc via castra venustate collapsa, præfica Maurorum & prædonum latibula, hoc eram tempore in Hispania passim superfluit. Quale etiam illud fuit, quod Archidonæ vicinum commemorauimus.

Eadem hac via, quæ ex Hispani Granatam ducit, præcelfa est rupes, ex plano campo emergens, quæ ex memorabiliori durato amoris exemplo, famam & nomen sortita, vi Hispanis La penia de los enamorados. Hoc est, Amantium rupe dicetur. Et id quidem, tali ex causa. Cum regnum Granatense Mauris adhuc pareceret, & graue bellum inter ipsos & Christianos flagaret, quodam in conflicitu, inter ceteros, captus Christianus, quem Maurorum Rex, ob formę, morum & conuerterionis venustatem, libertate donauit, eundem apud se in cula retinens. Porro, sensim inter hunc & filium Regis, tanta & tam casta coailui familiaritas, ut ipsa Christiana pietate imbuta, & matrimonij fide obfricta, ad Christianos conarentur elabi, & sic fugam cum ipso, clam molita sit. Cum itaque Rex diligenter illos persequeretur, in hanc rupem, ut ibi delitescerent, fugerunt: postea quā verò se dederos, & rupem à Mauris vndeque circumseptante animaduerterent, cacum rupis aëcidentes, territi supplicio, quo se à Regis afficiendo metuebant, mutuo amplexu, præcipites se dederunt. Ad cuius quidem rei memoriam, in rupis cacumine, & in publica via, crucis crecæa videntur.

## IN MEMORABILEM MVTVO SESE deperiuntium Historiam

### EIKOSOSTICHON.

*Refferia occidit dum quondam obnoxia Mauris  
Terra antiqua, potes armis, atque viret gloria,  
Bellat, funesta flagrare sanguinis haustu,  
Tristis vbi non sausto tenta, sieni omne pagnum  
Christifole, & miferiusq; sub terram agnitus,  
Nescis qui rata iumenta sub magne forme,  
Ob bene compatis artus, vultusq; decorum,  
Principi libertatem vnu mandante caput,  
Pöll sensim ad laudem virtus interrita cluso  
In primis GNTATÆ REGIS dedit inclita famam,  
Illiua incutiente maleficiudum in peccatis amore.*

*At Venu in molles magis infusa, et medullas,  
Ex aquo & capsis flagrante membris ambas,  
Cumq; phlommeidis flammam celare nequerebant,  
Maurorum vnamnes flatuant excedere Regno  
Per altum, per opaca loca, occultoq; recessu.  
Rex hor in fidans, fugientes precepit emfa  
Montis in apicula rupem subiere cruentam,  
Cumq; omnis iam elatendi fies irata cassiter,  
Præcipite amplexu se secessere Collo.*

Occasione huius fuge, aliam duorum Christianorum à Saracenis captorum, quia venusta, elegans, & quasi miraculosa, hic recensere placet, quam D. Hieronymus in vita Malchi caprii monachi describit: In qua feruatae castitatis & puritatis meritum elucefecit. Malchus monachus vice emancipatus, post aliquot annos, contra Abbatis sui conflitum, ad patram redit. Has profectionis sita causas allegans. Iam, inquit, patre mortuum audieram, ut foliater viduitate matris, & exinde venusta data posse fuscum, partem erogarem pauperibus, partem monasterio confituerem; & quid erubescere confiteri in fidilitatem meam, partem in sumptu meorum foliatarum referuarem. Verum sero conflitum sui penitentis, à Saracenis in comitatu septuaginta Christianorum capitum, & cum altera muliercula in vnius heri seruitute fortius venit, atque his oves pascenda tradebatur. Dumque fiero castitatis seruande proposito, in cromo fideliter Saraceno domino suo, in pastorali hac cura simul inseruante, initio tandem conflitio, fugam meditantur; quam ita D. Hieronymus describit.

Erant, inquit, mihi Malcho in gregu duo hirci mira magnitudinis quibus occisis, vtræ facio, corrumptæ carnes viatico preparo, & primo vesperi, putantibus nos dominis secrete cubitare, in admissum iter, vtræ & partes carnium portantes, cumque perueniens mus ad fluuium, (nam decem milibus aberauit) inflatis conseruatisque vtribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes, vt deorum nos lumine deferente, & multo longius, quam confonderemus, in altera non expONENTE ripam, vestigium sequentes perderent. Sed inter haec madefactæ carnes, & ex parte lapæ, vix tridui cibum poliebantr. Bibimus ad satietatem, futura si non præparantes. Currimus, post tergum semper aspicimus, & magis noctibus prouochimus, quād diebus, vel propter infidias latè vagantium Saracenorum, vel propter ardorem solis niuum. Pausæ miser etiam referens; et si tota mente securus, toto tamen corpore perhorreco. Post diem vix tertium, dubio profectu procul aspiciimus duos camelis insidentes, venire concitos, statimq; mens mali præfaga, putare eccepit dominum meditari mortem, sole cernere nigrescentem, dumque timemus, & vestigis nos prodiros per arenam intelligimus, offertur ad dexteram spæcū, longè sub terram penetrans, igitur imitementes venenata animalia, (nam solent vipers, regu-

La penna de los toros grandes.

Las sierras de Antequera.



Camino para Granada

1564  
ARCIONA

Camino para Málaga

VENCA



Camino para Granada

Cerro de la Cinta



Penna

Serranía de Ronda



pere, reguli, & scorpiones, ceteraque huiuscemodi, feruorem solis declinantia, vmbram petere) intraimus  
 quidem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistra nos foue credimus, nequaquam ultra progredientes,  
 ne, dum mortem fugimus, incurramus in mortem: illudque nobiscum reputantes, si iuvat Dominus miseros,  
 habemus salutem; si despici peccatores, habemus sepulcrum. Quid putas fusse nobis animi? quid terror?  
 cum ante specum haud procul starent dominus & confessor, & vestigio indice iam ad latrebas peruenissent?  
 O multo grauior expectata, quam illata mors. Ruris cum timore & labore lingua balbutit, & quasi clama-  
 nte domino, murire non audeo. Mittit seruum, vt nos de specie curahat: ipse camelos teneat, & euaginato  
 gladio, nostrum expectat aduentum. Interca vero, tribus ferè vel quatuor cubitis introgresso famulo, no-  
 bis ex occulo tergum eius videntibus, (nam oculorum istiusmodi natura est, vt post solem vmbram intran-  
 tibus caca sint omnia) vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri: quid statis? quid moramini?  
 exite, dominus vocat, patienter expectat. Adhuc loquatur, & ecce pertenebras a spicimis lezam inauis-  
 se hominem, & gutture suffocatum, cruentum intro trahere. IESV bone, quid tunc terror: is nobis, quid gau-  
 dij suis? spectabamus, domino nesciente, hoferem nostrum perire: qui cum videret illum moras facere, suppic-  
 tus est duos vii resistere: sed iram differre non valens, sic ut tenebat gladium, ad speluncam venit, & furo-  
 rabido serui increpans recordans, prius à fera est tentus, quam ad nostras latrebas peruenirent. Qui sunt, qui  
 hoc crederent, vt ante os nostrum bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similes ante ocu-  
 los nostros versabantur interitus, nisi, quod tutius erat, rabiem leonis, quam iram hominis, sustinere. Pauemus  
 intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi, præstolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pudicitia tan-  
 tum conscientia pro miro septi. Leqna infidias cauens, & vifam effeſe fentientes, apprehensos mordicus catu-  
 los effert, nobisque cedit hospitium, ne quet amorem fatis creduli, statim erumpimus, sed expectantes diu, egre-  
 di cogitantes, illius nobis semper figurabamus occursum. Sublato ergo horrore, & alia transacta die, egredi-  
 mur ad vesperam, vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant, præteritos ci-  
 bos in ore volvunt, & in alium missos, iterum retrahere, quibus ascensis, & noua stirpia, id est, annona reso-  
 cillati, decima tandem die ad Romana per desertum castra venimus, oblatique tribuo, rem ordine pandi-  
 mus: inde transmissi ad Sabinum, Me fortassis ducem, camelorum precium accepimus, & quia iam Abbas  
 ille meus dormierat in Domino, ad hac delarua loca, me monachis reddo, hanc tradò virginibus, diligens  
 cam vt sororem, non tameni ci me credens vt forori. Hæc mihi fenex Malchus adolescentulo resulit:  
 hæc ego vobis narravi senex, & castis historiam castitatem expono, virgines castitatem custo-  
 dire exhortor, vos, narrate posteris, vt sciant, inter gladios, & inter deserta, & be-  
 stias, pudicitiam nunquam esse captiuam, & hominem Chri-  
 sto deditum posse mori, non posse  
 superari.



# PALACIOS.

**P**ALENTEIA, vulgo Palacios, Hispanie Beticæ oppidum, quod arcem per antiquam alatorem adiunctam habet, quinque milliaribus ab Hispalis situm, via quæ ad Caditanum & Herculeum fretum ac S. Lucam tendit, ex agri cultura & frequenti hominum transitu, vicitur, qui hac Labrissam continent, viam depressiorem tenentes, qua paludes & aestuaria fluminis (Mari- fima vocant Hispani) ad quinque millaria se latè extendunt, & hyemali tempore, ex Beti flumine viginosa sunt & inuia, ita ut hac commodus non pateat transitus, sed altior sit tenenda via Alcantaram & Cabecam versus: vice versa autem æstate, tanti hinc sunt itinera obsita & contexta pulueribus, vt transitum ferè denegent, sed quemadmodum nauigantibus in mari opus sit vnu compassus, ne quis in maximo solis ardore, in via aberrans sit conficiatur. Neque enim mirum est, inuenire hoc transitu viatores resætu solis & siti mortuos. Ita que quibus hac proficendum, de vino sibi prouidere, & equorum e Philippis coreaceam lagenam appendere solent: Boratejas patria lingua vocant. Nulla enim in tanto quinque magnorum umiliarium itinere inueniuntur hospites. Cùm is locus ob aquarum abundantiam hyeme, ob intollerabilem calorem æstate sit inhabitabilis, & proinde in cultus a horridus. Imò, nearbor quidem aliqua apparet, sub cuius umbra refocillari quis possit.

## ALCANTARA.

**A**LCANTARA, Hispanis Alcantilla, Pons est in Palentia quidem paludibus, sed ad latum sinistrum, meridiem versus, à flumine Beti aliquantulum distans, & paulo editio- re loco, strukturæ magnificentia opus esse Romanum ostendit: vt quoque in latero maiori turris peristyli bases & capita columnarum apparent, quæ hinc ex viridi iaspide posita erant, nunc in maiorem Hispalensem Ecclesiam, ad altaris ornatum translata. Hic Pons ad Paludis difficultatem superandam constructus, à Lucio Mariano Siculo, cum Segoviensi ponte lib. 1. de rebus His-panicis cap. de Regni fluminibus, cōmemoratur, vt, qui sit altius dñe & opere & artificio mirabilis. Altera ex parte pontis Mesquita est, vetus Maurorum delubrum, nunc pietati Christianæ dicatum & semper clausum. Altera ex parte Venta, hoc est hospitium, qualia multa per totam Hispaniam conspicuntur. In Castilia duorum aut trium dierum iter confeceris, vt nec pagum, nec oppidum, sed ciusdem Venta inuenias, ad quæ quietis & refocillationis causa diuertas. Horum vero locorum, quemadmodum & oppidorum & pagorum hospites qui Messones vocantur, omnes pariter eiusdem societate sunt iuncti, quæ Hermandad nuncupant, vt, si contingant latrones vel prædones aliqua infestare itineria, statim in quis armati concurrent, inuigilant, & se mutua correspondentia ad inquirendum nocentes excident. Quæ quidem optima portæ ratio occuratè obseruat, vt per totam Hispaniam omnia passim itinera, quois tempore ab omni periculo tutæ reddat.

## CABECAS.

**C**ABECAS oppidulum Hispanie Beticæ per Alcantaræ pontem Palacios, sive Palentiam proxime sequitur, in montium aditu situm, qui in meridiem Malagam versus se exten- dunt: urbem quondam magnam fusile, ruderæ, & mœniorum vestigia docent, nunc ex Agraria, & ijs, quæ terræ beneficium producit, vita sibi necessaria curat; tum etiam ex frequenti mercatorum & peregrinantium transitus, qui hanc viam ex Hispalia ad Gades & S. Lucam frequen- tant. Et quia Cabecas, idem quod capita sonat, hinc oppidanum hoc vulgare sibi laudi dicunt.

Non se haze nada nel Consejo  
del Rey sensa Cabecas.

quod metonymicòs venustè sibi adscribunt & interpretantur, ac dicent, Regis  
Concilium sine Capitibus, id est prudenti iudicio,  
quod capita complectuntur, nun-  
quam coire.

Occidente



PALOS

Meridiana



ALCANERÍ

Occidente



Ser. se ha hecho esta vista con

el fin de servir de guia

CABECAS G.00745

Depósito del Museo Arqueológico

1887



UVA. BHSC. SC 00745

# HARDALES.

**A**RDALES, sive Ardales, in felicissimo totius Hispanie Hispalensi agro (Axarafium Arabes vocat) Baeticę prouincię, itinere, quo ex Xeres M<sup>a</sup>lagam iter, oppidum, seu potius apertum & amplū hospitium, Hispanis Bur<sup>a</sup>gada, Arcem habet precessa in rupe à Mauris quondam in limitibus Hispalensis imperij constructam. Quam Christiani deinde, feliciore auspicio regum domini, amplioribus edificijs condecorarunt. Aqueductum habet, cuius beneficio ex montibus vicinis fontana & limpida aqua in arcem, & inde in oppidum, ad varias ciuium cōmoditates derivatur, quibus copiosum fontem largitur. Ciuium opes, vietasq; ratio in agricultura potissimum constitit, & pecorum pastu, cum felix aruorum libertas, magnam triticę messis extitam ipsi, naturę beneficio, praebeat, ut non immerito Gr̄ecorum carmina, Elysias amoenitates huic, & vicino Hispalensi agro tribuerint. Hinc frugibus, & tritico praeferunt abundant, quod in subterraneis cellis, seu putis eleganter & caute conservant. Quæ recondendatio, & nobis in Coloniensi agro degentibus, & infelicis bellū diuturnitate attritis, necessariò excoitanda foret, quibus hostiles prædonum excursiones nullum horreum, à Vulcani rabietum, relinquunt.

## CARTAMA.

**C**ARTAMA miliaribus duobus à Malaga distans ad maximi montis radices, qui ad mare vsq; Mediterraneanum se extendit, oppidulum, cum castro in cōtinenti situm, in agricultura, & pascendis pecoribus exercet. Multas in vicinia habet glandium & gallarum sylvas, quarum ad atramentū conficiendum, & ad coria densanda, tum etiam in medicinis, est usus. Venatio hic, & aucupium frequens, obvenustam loci elegantiam. Hic enim aperire se incipit cultum & secundum Malagense solū, quod ad Mediterraneanum mare, continuata libertate, se extedit, Et varia fructuum ac herbarum genera, quæ ad exteris etiam gentes, procul emituntur, producit. Et inter reliquas, herbam, quam Itali Somacho, Hispani Sumagre, Belgæ Sōmack, etiam Smack nuncupant, apud Latinos nomen habere Plinius negat. Foliorū usus ad paranda & condenda hincorum & caprarum coria (corduana vocant) conductus. Et, qui canos oderunt capillos, decoctum foliorum, ad denigrandos capillos adhibent. Multetiā hic cappares hinc inde promiscue in magna abundantia proueniunt, & à vulgi plebe collecti, in Mallagam, harum mercium emporium, importantur, inde, per mare in Belgij, & ad alias prouincias transvehuntur. Porrò hic mons, cui Cartama adiacet, versus Aquilonē, omnino sylvestris est, ab alia autem parte, vineta continet, quæ vina, nec non vias passas sapori optimi, leta & copia præstat. Inter vineta autem videre est amygdala, & frequenter sucus, quæ propter præstantiam, abundantia maxima singulannis, ad omnes prouincias satibus transportat. In duas autem partes, diuersasq; appellations hic mos diuisus est, Quarū una la Sierra, Altera la Cerquia nominatur, unde etiam vtriusq; loci vix passa, eadem appellatione fortuitur. Porrò, etiam in hoc oppido nulla sint vineæ, nec vina calcentur, nec vix passa preparetur, sed magis in circumcūmīnis mórbis Malla-ge, & Velis Malage; tamen, quia iste mons huius felicitatis principiū existit, idcirco, ad curiosum oblectandum lectorē, modum conficiendi & condendi vias passas, quarum gratus nobis Germanis est usus, hīc breuiter describemus. Eas potissimum Mauri conficiunt, qui hos montes plerumq; incolunt. Duo sunt Vuarum passarū genera, quorum unū, Vnam passam Solis, quæ est cerasus; alterū, Vuam passam lioxam, quæ est corbea, nuncupant. In primo conficiendo, ita procedunt: Quando botrus ad id opus destinatus, maturescit, pedūculum vix absindunt ad medium, ita, ut humor radicalis illum amplius penetrare nequeat, attamen in pampino & vite penilis maneat. Tum calore solis vix exsiccatur, post sufficienter exsiccatum, colligunt, & in vala recondunt. Alterum verò genus, hac ratione conficiunt. Dum vineæ putantur, abscessis brachiorum ramos, in fasciculos colligunt, eosq; ad vindemias tempus reseruant, quos tunc exurentes, ex cineribus, in magnis vasis lixiuim parant, colligunt vias, & vnamquamq; sigillatim huius lixiuio immergit, casq; deinde in aream obduratam bene purgatam, & ad id in vinea adornatam, ad meridiem collocant, ut ibi in eas, lixiuio conspersa, solis radjū operentur. Exsiccatas & à soles sufficienter concoctas, coribus inferciunt. Et hinc vix passa corbea nuncupantur. Eodem etiam modo fiunt fucus corbea, ramorum aridorum ex ficubus amputatorum & combustorum lixiuio.





UVA. BHSC. SC 00745

# BORNES.



**O**RNES Hispaniæ Beticæ oppidum, quæ ab euentu Andalusiæ dicta est, Cuius appellationis causa fám ante, quâm huiss loci conditionem explicabo. Hispania longo tempore sub dominatu Grecorum recta fuit ferè vñque ad tempora Romanorum, præter illa tempora quibus Asdrubal & Hannibal Pcenorum duces in aliqua Hispaniæ parte dominati sunt. Demum constat, quod sdam Romanos cōsules amicitiæ, ne dixerim subiectiōnis, nō nomine quādam Hispaniæ prouincias obtinuisse: idque egisse legimus Iulium Cesarē, qui plurimi acceptis clādibus priùs totum pēne orbem perdomuit; quām Hispania sibi plenē cessisset. Sed & plures alios constat Hispaniastantes subiūcere, quorū alii qui priùs vitam finiere, quām vietam Hispaniam occuparent. Post quos Vandali, Alani, Hunni, & Suevi Hispanias sunt aggressi. Quæ siquidem Barbarica gentes causam Hispanias ingrediendi habuerunt, pro eo quia Theodosius Imperator eos in sequens à Gallis fugauit. Quare pulsi sunt Pyrenæos montes transire. Hispaniæ ergo inuaseræ, easque diuerserunt. Alanī enim Lutitaniam, & Cartaginem fortissimū, Vandali Galliciam, Suevi maritimam, & occidua Oceani obtinuerunt, & partem Celtiberiæ, dum Romani Saguntum & Numantiam & non iūllas alias vrbes tenebant.

Hi Vandali, plerique Bohemi, Russi, Dalmatiæ sunt, sed eorum ditio non tam latè patuit, pōtiū magistrum Saxoniz partem occuparunt olim Holsatiā, Danicā partem, & vbi nunc Hanfeatum fodus, vrbes modò opulentas atque præclaras habent, quæ in istius societatis legibus atque statutis VVandalice nuncupantur. Ex hac agitur gentium officina, cum Alanis & Hunnii Vyandali in Galliam, tum in Hispaniam se latè effundentes, Bætica prouincia partem occuparunt, quæ inde VVandalia nunc Andaluzia dicitur. Et famolis est decorata vrribus, quarum complures hætenus exhibuimus. Nunc ea occasione, qua Malagan profecti sumus, etiam hoc oppidum vulgo Bornes nuncupatum, ob situm valde elegantem in itinere expressissimum, quod locum occupat planum, compacuum, olei & frugum feracem, vnde nobilis & patrijs viris hortos cultura præstantes & venationis recreationem præbet. Ulterius porrò, asperrima & inhabitata steriliū monium iugale offerunt, Quorum saxosa, horrida & inculta conditio, Bornensi agros felicitatem, que magis contemdat. Cum contraria, iuxta se posita, magis eluescant.

## ZAHARA.

**M**irabilis Zahare situs Hofnaglum induxit, cur vtrumque istius in Bætica Hispaniæ Proutiencia, oppidi & castri latus spectandum exhibuerit. Inter Asindam & Arundam in alta & præcipua perra, tanquam specula, & vigiliarum statio, priscis temporibus edificatum, Granateni verò bello celebre, cuius cauam & occasiōnem, Deo permittente, præbit. Dum enim Hispaniæ Christianissimi Principes bellò Lusitanico districti, suaderent bella intellēcta dissensiones quæ ciuiles compōnere, atque piratarum graffatorumque latrociniæ coerēre, ac præterea leges ferre, quibus futuræ tranquillitatæ pacisq; fundamenta a ceterent, & ob id temporariæ cum Mautris inducas paciē essent, Hali Abenazar Mautoriū Rex, contra fas, iurāq; fœcialia & ad induciarium paciā conuenta, certior factus præfido vacuum ZAHAR AM, (dum Christiani alij in rebus occuparentur, nilque sibi à Mauris, proper inducas cum iis tractans, metu rem non expugnat, Arcis præfide, præsidariosque; crudelissime obtruncat, matres, virgines, viros, puerosq; viñtos, cum armbris & gregibus pecudum in spēcim triumphi ducens, arce castelloque valdiori præfido munitis, victor, tanquam re benigeta, ad suos redit. Quæ res, vtopior, à Deo permitta, belii Granatenis opportuna causa fuit, & Mauri ob violati fœderis & iuridictum niefas, perditionis & interitus. Enimvero ZAHAR A postuolum in Christianorum potellæ tem sicut redi. Marchio Gaditanus, cum ab exploratoribus accepisset Zaharam castellum, incolis exhaustum, esse, & negligenter obseruari, Ludoucum Portucarrerum Palmæ ad Singiliū Dominum, adficiat, & ex Asindo atque finitimi, vnde cumque portuit, equitatum sibi adiungit, perq; medianoctis silentium Zaharam proficisciuit, luxa muros secreto quadam loco armatos decem ponit, & post illos proxime aliæ septuaginta, pīe autem cum reliqua manu non longe in infidisi lateri. Sub primā lucem dimittit aliquant ex pedibus, qui per campos graffarentur. Ex Castello erumpunt equites ad septuaginta, (neq; enim plures exequuntur viages & circitores, & qui præcedenti nocte in stationibus fuerant, murorumque custodiā deferunt, non enim putabant interdiu Castellum expugnari posse. Interē ex milittibus Christianorum vñs scalas munitionibus ad mouet, murum scandit, quem decem supradicti sequantur partemque muri occupant, pugnamque cum Castellaniis conserunt. Accurrunt reliqui septuaginta atque vnam ex portis capiunt. Qui ex castello eruperat, cuius audierint hostes intra munitiones ad milios, ad meenā se recipiunt, quæ insequuntur, qui latebant in infidisi, & eum fugientibus simul castelli portas intrant Castellani in Arcem coēunt, obfidentur, & quæ plures erant, defcientibus alimentis, diu in obfisione durare non poterant, ex pacto Arcem Marchionis traduant, ipsi autem abeundi quòd vellent permisa libertas, Arque ita Zahara, Marichonis Gaditani industria, Mauris crepta & à Christianis recepta fuit.

CORNES

Occidens

Camino de Arres



Dibujos de Georgius Sustegui. Anno 1564.



parte 167

Camino de Villanueva



UVIA. BHSC. SC 00745

# GRANATA



RANATAM primo vrbium Theatro, ex parte meridionali spēdam, ante annos aliquot exhibimus, qua illa vrbis Regio videtur, qui proprie, & vulgo Granata dicitur. Et in valle sita, pro maiore parte a mercatoribus, ciubus, & opificibus Hispanis incolitur, a Clero pariter, & Nobilitate, Nam ibi i pscopatus & Curia, quam Audientiam Regale nominat. Per quam & Daurus flutius praterlabiliter, cuius ripas, singulari vrbis commodo, tintores & sulfures, magna frequentia occupant. Vbi etiam illa vrbis Regio venustè exuberat, quæ Abulism dicta, à Mauris postillim incollit. Nunc, quanto hoc Vrbium Tonno, nobilissimam & Regiam Granatensem Vrbem, ad occidentale latus contundam spectatoribus exhibemus, Vbi etiam aliatae famoz vrbis partes, cōmodè videri poterunt. Alhambra numerum, & Antiquam, De quibus hic quedam, & Granatense bello explicabimus. A LHAMBR A in collecta, oppidi magnitudinem, munitionem & tutelam representare videtur. Eam Mauri, sive à cōditore Rubro, sive à terra / lapidis rubei coloris, Rubram nuncupant. Domus eilt ibi antiqua Maurorum Regia, magnitudine, & vestitare spectabilis, que defensores quadriginta milia comodè admittit, aquis, hortis, rebusq; varijs, necitatis, delicijs, & iucunditatibus inferuentibus, abundans. Ibi etiam Arx noua à Philippo Rege excitata est, planè stupenda, & Regia magnificenta, forma quadrata ex carole lapide, singulari architecturae artificio, ad normam secesso, aream habens rotundam, valde elegantem & ampla, & ambitu, triplicibus menianis latè, ambulatione distinctam. Hac meniana columnæ, marmore, venusto ordine disposita, sustentat: prout etiam multa, ac varia conclauia, in quorum interiore ornata, ars & sumptus decertare videtur, vniuerfan ihsu Arcis struatur, pro tanti Regis magnificencia deconat. Hanc Granate partem Mauri & Hispani mixtim in habitat. ANTIQUE RVL A prefatis etiam, & populo Granate Regis eilt, Cuiusc incolas, qui Mauri sunt, Antiquariorum vocant, quos ab Antiqua huic cōmigratis fecunt, Hi bysium, holòfericum, carmenam, Damascenam, varijsq; præstantioris pretijtela, magno numero & quæstū, confidunt. A LVSEN A, ob mirandam populi frequentiam, peculiarem eriam Granaten e regione cōstituit, Cuius porta in topographia vrbis expressa videtur, per quam Maurorum Rex & Rey chico, hoc eit, Parvus nuncupatus, egrebus cum Christianorum potentiani declinaret, & in colle constitutus, magnificam, quam deferebat vrbem, tristis apicis, illa chrysmary coepit. Quod, vbi Regis mater videtur, quæ & ipsa in fuga salutem queret, filium affata, Merito, inquit, nunc pueriles extra vrbem emititis lachrymas, in qua, tanquam vir, cordate pro Aris ad folis decertare pigi! Grauissimum quidem fuit Granatense bellum, grauissima Mauri, ex hoc Granaten Regno Hispanis intulerunt in commoda, ita, ut eorum expugnatio, quod difficili, ita tardior exiretur. Erunt quidem, quando Maurosiam deuictos, & profligatos Hispani exsuffrarent, bellum multo crudelius exarserit. Nam ex locis planis, ad asperimos motes, quos vnguis Alpuxoras nominat, Maurorum Duces, cum omnibus suis copijs Christianis ad saltus Pirenços, accerrimo cōflicto profligati, magna, suorum militum multitudo cesa, per sexentâ ferè pauci milia fugientes, percuterunt. His ex mortuorum igitur alrisq; rupibus, velut ex propugnaculis & turribus ingentia faxa deuoluères, a cōficij Christianos profibentes, iele defendebant. A quibus Christiani duces, & omnes milites diuturnitate bellii & multis prælijs antè gelitis, longaq; perfectione iam defisi, crebrisque faxis & telis granaria offensi, quum diutius ferre laborem non potuerint, cum suis omnibus copijs discesserunt, & vnuq; quicq; domini itam se recepit. Qporum discessi Mauri valde latentes, quā aliquandiu Christianorum timentes in fidias in montibus se cōtinuerunt, deinde iam Christianis absentibus longè remotis in campos planaque loca descenderunt, & cum multis alij qui traiecerant ex Africa, coniuncti, Granatam vrbem compluraq; oppida, rufus occuparunt. Quoram, qui potentiores erant, plus vrbis vobant, regum nomine usurpantes, vrbem Granatam, omnium totius Hispania cuiratum maximam, dominum habuere.

Hia autem Mauri, tanta vrbis, totiusq; Granatenis Regni, in quo multy vrbes, oppida, & munitiora loca, freti potentia, longis excusionibus, cedibus, capiutibus & direptionibus, vicinis Hispanis valde molesti fuerunt; Ad ead quidem, yr, dum Hispania Principes, Portugallie bello occupati teneretur, pacem cum Mauris ad certum tempus, interpositis inducunt, cōstituerunt. Quas inducas pætas solenniter, c barbaris, qui agrelli, malo, prauoq; ingenio, sed fragi semper, fallacesq; fuerunt, ante statum diem violenter, Zaharam, in Christianorum oppidum noctu, magno silentio venerunt, & per scolas muris admotis ingredi Christianos, qui proper celebratas inducas, sine vlixi excubis fecuri nudisq; dormiebant, impetu magno, & repentina, forib, impulsis, fractis, & euilis, crudelissime obtrudicarunt, neque mulieribus parentes neq; pueris. Est enim Mauritania gentis in Christianos immanitas incredibilis. Hac usq; securia, in opido capro, præsidium relinquent, & fuisse truculentia, ad alia Christianorum oppida profecti, eodem modo in innocentes fecerunt.

Dochi Mano, p̄ se fida Rex Ferdinandus & Isabela prædictissimi principis facti certiores, per interficies & literas, Hispani, postissimum vero Beti, & Cartaginem Provincias, Proceris, at iulfum, & defensum bellum, magno studio existimat. Itaque, rebus necessarij, ad tantam expeditiōnē subi comparatis, ad statim Granatenis Mauros centuriant, ad quod avires ipsorum harum non sufficiunt, fed ALHAMVM oppidum cum Arce nocturno tempore occuparunt, diffar a vbre Grānatā non amplius oīdo & vnguis milia, paucissim. Deinde, pol aliquanti temporis interullum, Cordubam, novo confuso exercitu, L O X A M, Maurorum ciuitatem magnam, parva loci, præsidio, hominum multissimam, non si difficultate, at jldem, Rego Ferdinand & Hisbelli Duebus Christiani exponunt. Qā cūtrā ē, cū effigie magia, & Granate propinquā copio prædicti mununt. Atq; his qād feciles duxerunt vitorum arce facilius. Christiani animati, reliqua illius Regi oppida, & firmiora loca Granatae vicina, centauri, at ram mula, plu latissim expugnauit, ut eurates quatuor dies, centumquippe, & arcis cōplices poli etatis, et illa quād, ut Granata, etiē longè maxima & popula cūta, expugnatis locis, fulla quād pāc pāc mebūs, arco sine ramis, & mater oība, ruris remanerunt. Ectū quidē n̄ Rex Ferdinandus, cum magnis filioparo copijs, Granata præconciuit, Cuius primū agros ingressus, oīga, ferroq; v. flavi. Quidē duero tempore, iterari excubiorum, fecit: led & in loco Granā & propinquā, quād Geroni Mauri v. ibant, distante à Granata p̄ illam milia circiter octo, cetera loca, quād non ūbā vībem, quadragulari forma, nomine fandz Fidei, ingenti labore ac sumptu, valide mauro à līsi aut. Tunc etiē maxima gloria, Regi impensis, oleantiam merita, & frena illius bellū duces & equites fortissimi, qui Mauros Granatenes, ad can dū impediendū opus accerimere irruerunt, non ūne fulo sangine propulsabant, & equites hollū copias, quod lūris prelijs minuebant. Aleo, ut Mauri ex equorum quinq; milibus, vix trecenti supererunt. Quae etiē numerum Granatenis bellū fuisse inuenit. Granata inq; Rex, Isabedelis lug equitibus, vicinijs omnibus cuiratus amissi, & depopulatis agri, cūm intra Granatae muros singulo multitudinem, & hominum milia, fere ducenta, fine, cōmeatus aleo n̄ posset, & omni p̄ subdiū definitus, de facili deditione cogitauit. Et tandem, ex rema necessitate cogente, per intermissiones vltro, citroq; missis, aquas deditioñis conditores ab Alfonso Rege impetravit, et sic Regia dignitate, rituq; pūnars kālendas Januarij, anno Christiane salutis 1492, Granata portis res lūs, magno Christianorū militi numerum in Granata vrbem, & in Alhambam recepti, egredi dominus tūrres, vrbis portas, & omnia munitiora loca Cr. iſi, non ū praesidio assignauit. Posteroq; di manc, capiutis Christianos cōplures compellit, vinculisq; soluto, cūq; geniculis obsidibus, quos ūdauit paulus fuerat, ad casu holoces principes misit in castra. Reges autē catholici cūn per tenore & dilatibus obides obteruari diligenter, & honorificè vtradi uuln. est, ad capiutis Christianos, qui, Benedictus Dominus Deus Israel, decubant, coniugis, omni flentis & toto corporis habita & vultus effigie deformatos a p̄fessis, corum forem misterantes, omnis induit redibus necessarij, adiunctorum, sed ūas domos ire inuestiunt.

Et hac ratione Granatenis bellū Ann. 1492, facili & cōp, decem annorum tempore, diuina fauente clementia, felicissimū finitum est: Et Mauri, immanissimi Christiani Religionis hostes, qui ultra septuaginta annos, hoc Regnum tenuerunt, subacti sunt. Deo quidem belli eruditissimi viri volumina, & elegantes libro scripserunt, Petrus Sandeciarum & Sicilius cuius Melissus, Ferdinandus Polgarus, Hispanicus, Cuius historiā in Latinum letemonum Antonius Nebrisensis convertit; Petrus Marcius Protostathmus, Gonfalonis Alera Cordubensis Regius historicus, Alphonius Palenzuela, Tristodus Sylorus, & Lucius Marcius Siculus.

## GRANATA

A. GRANADA  
B. ALCAZAR  
C. ALHAMBRA  
D. ANTIGUA VELA  
1. S. Martirio  
2. Santa S. Basile  
3. S. Leandro  
4. S. Cristobal  
5. Castillo de Gibralfaro  
6. Castillo de Alhambra  
7. S. Francisco  
8. Palacio Real nuevo.

9. Sancta Maria  
10. Iglesia  
11. Puerta serrada  
12. Sancta Helena  
13. S. Juan  
14. Los moradores  
15. Gentes antiguas  
16. La Alhambra  
17. Sierra del Sol

B





UVIA. BHSC. SC 00745

# AMOENISS. CÄSTRI GRANATENSIS, VVLGO ALHAMBRE DICTI, AB ORIENTE PROSPECTVS.

**E**CTOR ET SPECTATOR BENEVOLE, Dum in amoenissimis, & magna Granatae Vrbis descriptione versamur tam varie famosè virbis partes spectanda, & historico contextu enarrande veniut, vt paucis picturis ac foliis, eius loci magnificientiam comprehendendre nequacumus. Itaque nunc amoenissimum Castrum Granatensis, ALHAMBRA dictum ab Oriente prospectum, & quorundam locorum, quos singulariter commendat historiæ conditionem ac situ separatis exhibemus.

ALHAMBRA Regia Arx, & verus Maurorum Palatum indicat, quæta magnificencia ac fastu barbara hac gens, iustud Granatense Regnum possederit. Si enim externam struturam, & interiorē deinde istius Arcis magnificientiam consideret, certe, eos, Regibus & Principib. nostris nedum parcs, sed & longè magnificientiores sūstine, facile dijudicabis. Nam, interior huius arcis strutura valde sumptuosa est, atque superba, quæ ex porphyryt, lajide, & marmoreo lapide constat. Muros, trabes, & tabulata auro obduta, emblemata, hieroglyphica notæ, Arabicæ literæ, & varia ligna multo opere incrassata exstant. Quæ, cùm sint exquisita, & rara notæ ornamenta, magnas Mauritane gentes opes, & singulariter magnificientiam contestant, sic magnæ Christianorū curæ ac diligentia ad situm, & interitu conservantur, & collapsa restituantur. Locus in eadem Arce elegans, & spatiis conspicitur, forma quadrata, vulgo, EL QVADRO, aut LOS LEONES, in cuius medio duodecim leones, labrum admodum capax ex candido marmore in dorso sustinent, in cuius medio fons limpidisima aquæ in altum, ad infar erexit, hæste, rapido motu profluit, & in idem labrum deinde recedit, vnde canales deinde, & delectabiles aquationes promunt, in quibus Maurorum Reges, cum Reginis, effluos calores, ludendo mitigare solebant. Locum hunc medianam, qua marmoreis innituntur columnis, cingunt. Ex hac arce, in quantum oculorum acies se extenderet, vñlæta ptopem Granata videtur, qæ etiam arua LA VEGA DE GRANADA nūcupata, Montes perpetui nubibus carentes, ferarum viuarium, & in eo, omnigenitus cerni, damæ, caprecol. Ultra hanc arcam paululum ascendiens, elegans & venusta domus GENERALIPHA se offert, natura, arte, & situ, ad verhultatem & recreationem composta. Aëre enim sereno semper gaudet, & fontibus multis abundat, Quorum vnu, mirabile, & iucundissimum vñfum, aquas in mira altitudine cōpissima eructatione brachii cerasifridiæ exiit, quod extra istius domus muros longissime prospici potest. Maxime splendente sole, qui huic monti, primum exortitur, vnde LA SIERRA DEL SOL lingua vernacula nomen habet. Porro, vterius ascendo in vertice montis, multa etate ferè collapsum Maurorum Fanum est, nunc Christianum oratorium, S. HELENÆ nūcupatum. Ad quod ferè omnes, qui Granatam visere cupiunt, ascendunt, vñ eius templi muro, suum, & patris nomen inscribant. Quod quidem ca confutidine, & opinione vulgi receptum, vñ Granatam non existimet vidisse, qui id non praefertur. In eodem hoc monte Maurorum Regibus olim horti, vario herbarum ac florum genere, ad voluptam & recreationem decenter vestiti, fuerūt, quorum nunc etiam sati mausiferae lupertunt indicia. Iuxta cisterna est publica, ALGIBE dicta, imbribus colligendis, a Romanis, quondam patatas; In qua præterquam qñ nullus omnino pordidus incommòdū aqua sentiat, medicina etiam eandem esse. Hispani, longa sunt experientia docti, nam pota, ventris fluxum fedat. In latere eiusdem montis, editula sacra est, multa antiquitate, & veneranda martyrum memoria, nobilis, LOS MARTYRES, vulgo, vbi putei & antra, in rupibus excisa, & scalpellis cauatae videntur, quorum, vt supernè ingressus angustior, ita infernè latioris sunt spati, in que Mauri Christianos, quos frequenti numero captiuos tenebant, & crudeliter trahabant, non sibi protrudere, & funibus solebant demittere, quos, mancipiorum in lata, diuinis conficiebant laboribus. Semperne horum martyrum, quos Maurorum diuturna cruciatio tyrrannis, memoriz, facillum hic edificatum est, postissimum vero, raro pietatis Episcopo, qui multo tempore in equalido, terrore carcere detentus, cùm libertatis spe, priuatiss, & his quidem longe maximis, sumptibus, muro, ex lapide vnu construdo, Granatensem urbem cinxisse, Maurum Granatæ Regem, quam multorum Christianorum, ex misera servitute, & captiuitate libertatem ac dimissionem, tantum opus mereretur, rogavit; Rex, trecentos libertate sedecim naturum, respondit, modò Episcopus in sua potestate maneret captiuus. Pius, ac religiosus Episcopus, comunitati magis quam priuato commodo studens, dum perpetua cruciari carceribus, quam solus (alijs permulatis Christianis in summâ scrupulo degentibus) libertate frui maluit, diuturnum ac voluntarium martyrium, in columbitati multorum preposuit, & squalore tandem carceris enectus, ad felicem æternamque beatorum patriam emigravit. Is locus Hispanis MASMOROS dicitur.

Denique Arcis Granatense portæ ad viuum, eadem haclamina exprimitur, per quam captus Maurorum Regulus ILLERO CHICO, sive, Granatam, & Arcem, Ferdinando Hispaniarum Regi tradens, exiit. Et ex pugnati Granatense Regni hanc sempiternam memoriam remanere posulauit, vt nemini post se hac portæ vinciam pateret. Quod à Ferdinandō Regem cuius celebrior, hæcerat memoria, facile impetravit.


Itaque hæc portæ, ab eo tempore semper clausa mansit, Erne vñquam aperiatur, si mo propugnacu, ante eam, talem in fine excitato prohibet.

*Amoenissimum  
ALHAMBRA*

*granatensis, ruelas  
de Oriente propeccias.*

- A. Santa Elena.  
B. Generalidad.  
C. Alcazaba.  
D. Palacio de los Reyes.  
E. Palacio Real antiguo.  
F. Castillo mayor.  
G. Granada.  
H. La Vega de Granada.

- I. Las fuentes de Alhama.  
K. granja pueblo.  
L. Puerta del muro de Granada.  
M. Puerta de Gondra.  
N. Casa del Rey nero.  
O. Alberca de Granada.  
P. Daigba morica, rica.  
Q. Alberca comun.



*ALGIBE*



UVA. BHSC. SC 00745

# TOLETUM



ARVISIVM, vrbs clarissima Marchia Tarvisina, Gothicis celebrata historijs, quibus traditur, Totila patrem Verona Tarvisijque imperium tenentem huius urbis situ captum, in ea domicilium ac sedem habuisse, filiumq; Totilam, qui postea regnū Ostrogothorum adeptus est, hic in lucem editū, educatumque. Deletare Gothica Longobardorū Regem Alboynū, cum in Italiam venisset, Aquileia cum ceteris huius regionis vrbibus in potestatem redacta, quoniam non tam citò, yni volebat, Tarvisiorum Legati ad imperia suscipienda occurrerant, vrbem diripere, & vastare incendio dcreuifse traditū sed vīctum veneratione Felicis vrbis Episcopi, mitigato sic barbarico furore, veniam, & pacem concessisse. Deinde sedem hic Longobardi posuere Marchionum, vnde regionis nviuer s̄ nomen Tarvisina Marchia profluxit. Postea Tarvisii Opitergiumque ab Rotare Longobardorum Rege subuersum, scribit Paulus Diaconus. Fratere Longobardica, quemadmodum Italiae ciuitates reliqua, sic etiam hæc in Imperatorū & Italie Regum ditionem concessit: dein autem in seculissimi tyranni Aciolini potestate venit, inde in Richardi Caminatis, quem opibus ac portetiā plurimum hac regione pollentem, vrbis Procuratorem ab Henrico vi Imper, auctoritatē libi summi Imperij referuantē constitutum, perhibet Merula, sed dominati occupato, tanquam iustum principem, arbitrio suo cuncta gefisse. Bello etiam, curū Aquilensis Patriarcha dimicasse, Candidus, & Amatus memoriae prodiderunt. Sequentibus seculis Tarvisinorum potius Carrarienses, Scaligeri, postremoque Veneti anno à C. N. M. CCC. LXXXVIII. nempe, per conditiones pacis, que tum inter Ioannē Galeatum Vicecomitem primum Mediolanī Ducem Venetosque, & Mastinum Scaligerum facta est, Exin itaque fidem Veneti nominis vrbis hęc misericē coluit, etiam ijs summis temporibus Ripaltanæ cladi: quānuis enim tum omnes propemodum vrbes & opida continentis ē Venetorum ditione Principū aliorum imperia capessent, hæc tamen nunquam pristinum mutauit. Percus soquidem insigni calamitate Venetorum, hostiumque mirabili felicitate Tarvisinos, quia militum praesidia habebant, nulla, nec etiam auxiliorum spes videbatur, consilium fecisse, dedendi sc̄e Maximiliano Cæsari, si fortuna proflus vrgere, ceterum postalia deinde multa consilia spiritus ac fiduciam refumpisse, potiusq; suprema omnia statuī pati, quām imperium mutare. Interea verò Venetorum auxiliis summo cum gaudio acceptis, ita diligenter vrbē permunitare frumentaria instructa, pristino se in statu conseruasse, tum Andream Mocenicos in historia sua, tum Leander in Ephemeridibus latinis prescripsierunt. Vrbs est Tarvisinum rebus ad visum humānū vtilibus, imprimis affluens, copia namque frumenti, vini, ceterarumque frugum, & pecuaria re maximè abundat. Tritis cum agriculis candidissimum reddit panem, summaq; vino nobilitas. In vrbē, præter amnum Silem, quo perluit, fontium scatēræ permulta, clariq; aquis, & tam aperiū iucūdis, quām potu admodum suauibus emicant: ædificia quoque splendida quamplurima sunt, gens per honesta, lautaque, sublimibus & vivi disingenijs, tam ad literarum disciplinas, quām opes querendas, aliaque luculenta studiorum genera promptissimis.

## A Q V A P E N D E N S.

**A**QVAPENDENS olim Aquula, à Ptolemeo designatum Volaterranus existimat, Plinij testimonio nitens, qui Aquulæ, cognomine Taurenō's (non tamen, vt Volaterranus legit Aquulæ) memorat, Opidum est oblongum in monte positum, via, quæ sena Romam ducit, inter lacum Vulsinensem, & amnum Prilam, sive Paliam, quilapideo ponte sex fornicum transmittendus est. Inde alias pons, quem nominant Cintinum, à quo proximæ vicis appellationes sunt fortæ.

AQVA FIDENTE



Ex archetypo Lodovici Toeput, delineata et romanizada Georgius Hirschvogelus.

TARVIS



OVA BHSC

Mercator

- |                      |                           |
|----------------------|---------------------------|
| 1. Al domo.          | 7. Sanzio Pianta.         |
| 2. Santi Fabiano.    | 8. Klerico.               |
| 3. Santa Margherita. | 9. Città di Berga.        |
| 4. Santa Maria.      | 10. Città di Trieste.     |
| 5. Santa Barbara.    | 11. Apenni.               |
| 6. Santa Agnese.     | 12. La torre delle vette. |



UVA. BHSC-SC.00745

# NVCERIA.

**N**VCERIA, Ptolomæo, Vmbrorum in Piceno vrbis. Hodie Nocera est, vt Leander ait, Plinio NVCERI NI, sunt, quos FAVONIENSES & CAMVLANOS cognominari tradit, Volaterranus, Blondus, Leander & Niger scribunt. ALPHATEM IAM etiam dictam ex Luvio. Sed ALPHATERNA apud Luium legendum docet Sigenius ex Diodoro, Sed in Samnio ponit hanc Luius. Alfaternorum etiam meminit Plinius. Hanc Nuceriam CONSTANTIAM appellat Antoninus, Onuphrius NVCERIAM CONSTANTINAM COLONIAM vocat; huius meminit quoque C. V. Nanfij codex M. S. Frontini. NVCERIA Colonia Prolomæo, Straboni & Plinio, Campania Pictentiorum vrbis. Hodie Nuceria dei pagani, Leandro. Hanc Cicero ad Atticum non semel LVCERI AM nominat. Quatuor huius nominis vrbes haberent Italia Prolomæus, quarum unam in Apulia Daunia collocat, hanc etiam Neuceriam vocatum Ptolomeo Sutorius. Sed LVCERI A M appellant vterque Plinius & Luius, item Strabo; apud quem LEVCHERIA legitur, Stephano ex Polybijo LVCERIA est, fine A in medio legitur codex Polybijo LVCERIA. LVCERIA DEI SARACENI Leandro nunc dicitur. Addit illi aliquando Diuæ Virginis Citta di S. MARIA nomen inditum. Sed pristinum nomen praualuisse. Quaranta Niceria Prolomæi est in Gallia Togata, vbi hodie Riuo de Lufera est, vt putat Leander, qui hac de Nicerano Vmbris oppido porrò commemorat: Nuceria ciuitas lateri Apennini adhærens, quam Nuceriam Strabo vocat, & à suis lignis commendat. Nuceria quoque Prolobmo dicitur, Plinius Nicerinos Faunonenses memorat, Alfaternam olim cognominatam ali Blondus, id est mihi ad differentiam, utar Italia Nuceriarum videtur factum, est enim in Campania Felice altera, in Apuliteria, quanquam illa verius appellari Liceria debet, nimis vrbis hac Alfaternam, item à Campania Nuceria necnon alia ejusdem nominis in Apennino, agro Murineno discatur, quemadmodum Volaterranus scribit. Idem quoque contendit Alfaternam Vmbris ciuitatem ab hac Nuceria diuersam fuisse, prorsusque deletam. Ego credere ausim, aut hanc vrbem Alfaternam esse, aut illam loco saltem propinquum extitisse, ut eiusdem nomen post hunc Nuceria sit additum, quod ab eis eiudem nominis inter seceretur. Alfaterna mentionem Luius sepe facit, p̄ḡ ertim cum Linius Consule, eadem obſidēdam profectum, & oppidanos in populi Rom. porficiatē redire coactos scribit. Proper montis, in quo Nuceria, radices Topinius annis, Tinnam Plinius vocat, infimam vallem percurrit, cui inde Topinius nomen vsque Fulginium. In Tinnæ ripis ingentes palliū apparent & dificiorum ruinæ, fundamentaque maximorum operum, que à Romanis ad tutelam Viæ Flaminie facta quondam: ea enim secundum Tinnam P. M. XII. emerintur. Ita haecens Leander.

## CASTELLVM NOVVM.

**C**ASTELLVM NOVVM, in Appennino oppidum, via, que ad vrbem Romanam ducit, cuius incolae naui & industrijs, prefertim in lanç, vini, ac olei negotiatio. Fertili namque est agro, partim campestri, partim collino, ex quo ruralis negotiatio occasio, qui frumentum, vina, oleum, ceteraque ad vitam necessaria, copioso prouentu proferet. Duodecim milliaribus ab Urbe Roma na distans, impositum vig Flaminig, quod Antoninus illo itinere, & nomine Castrorum recenser, vbi vi strate pars cum veltigis quibundam & ruinis aedificiorum superest. Nunc Porram primam vocant. Sequitur secundo Tiberi pons Milvius, quo via Flaminia per amne iuncta, primusque datur in Latium & suburbia Romana ingressus. Eadem hac via Ciuitas Castellana parcellis in rupibus occurrit, quam quidam Vicerium fuisse Urbem à Romanis decennio obſerfam, propter munitionem loci situm arbitrarentur. Quod tam Leander ex situ loci, refutat. Ad Iquam Mons D. Syueſter se offerit, quem Cato, Vergilius, & Strabo, Montem Soractem vocant, Sacer olim Apollini habitus. Mons D. Syueſter postea dictus, quod in eo Syluester Pontifex, meu Constantini Imperatoris latitauerit.

NOCERRA  
in Appennino mate

Occidente



CASTEL NOVO





UVA. BHSC. SC.00745

# ELEGANTISSIMVS AD MARE TYRRHENVM EX MONTE PAVSILIPPO NEA- POLIS MONTISQUE VESVII PROSPECTVS.



opolis, Regia maritima vrbs, caput totius Capaniax, & illius Regni Metropolis, trianguli formaliter inqualitatem, ca, qua mari alluitur, parte, curuatur in modū dimidiata lumen. Hęc maris vicinitate, portus amplitudine, salubritate aēris, soli vberitate, fōrū copia, hortorum amentitate, rerum deniq; omnium, quas humana vita desiderat, abundatia, nulli cedēs, & ora tā excellenti& fœlici cum toto Campania agro, ut palāst, vno in loco gaudentis opus efflentura. Arces in eis tres precipiū, ex quibus ab omni irruente vi se facili potest tueri.

Noua in ipso virbi ingressu ad maris litus forma quadragulari, lapide Tyburtino, mecenibus & turribus crassis, fossa; duplicata, ea parte qua virbe respicit profundissima, illo ipso loco, quo fuit Monasteriū Prædicatorū, posita, cuius porta interior ex marmore pulcritura & area quadrata oblonga & ampla. Aula quoq; spatiolim, in qua quotannis cōuentus regni celebratur, & Procer singulis septimanis bis sui facit copiam, supplications & querelas suscipit, iudiciumq; exercet.

Vetus, ad viam Capuanā adiuncta, antiquissimas picturas & aedes referit. Estq; in ea armamentarium, in quo inter extera ~~terram~~, Regis Francisci ad Ticinum capti elegantisima, ex optimo ferro fine villo auri armata facta, hanc C.C. Hispani custodiunt.

Tertia, in rupe altissima ciuitati in cōbente, vnde virbi quantumuis ab hostiis occupate faciliter potest imperari. Excisa in faxo tota est à Pyrrho Aloysio Caſarē Præfecto militi, auxiliis D. Perri de Toledo Caroli V. Imperatořis Proregis, capta Carthaginē, regnoq; Tunetano deuicta, & bellis tormentis, qua ex pugna Saxonica similius huic rastata sunt, refertissima. Aedicula itidē in ea, in quib; artifices habant, quō obessa nihil desideretur. In eisdem ciuijs subttereis ligna & alia necessaria afferuantur. Per cuniculos plurimos equites & pedetes tuto emitti & introi- mites possunt, vulgo Caſtel di S. Elmo oī S. Martin à templo, quod infra canā est, & Carthusianorū Monasteriō Regio & pulcherrimo. Vocatione etiam hoc caſtrum Brigila, quasi dicas Frenum equitis benoꝝ amētum jam, eō, quod Carolus V. ex Africa reuenerit, & videns plures equos depicito Neapolitani ablaꝝ freno (tale signum eorum esse dicunt) commoueretur, eius præfido ferocē & temerarium hunc equum, ne Domino posse relucari, conſtrigere. Coepit itaq; sub specie voluntarii & tēpī, hoc caſtrum extruere, & in eius opus indomito, id est, Neapolitanis, freno, seu brigilia, eos domuit. His & alia duo addi possunt, L A V I C A R I A I C I L E C I, in quo ius populo redditur, & causae ciuiiles tractantur, capti& seruantur. In qua non unquam bis mille, & plures captiui, uno tempore detinentur.

Caſtelū Oui, modico extra Neapolim spatio, in insula Mergeri, vnde Meagru veteres appellabat, primo conditore Guielmo tertio Normanno, diu Normannica vocata. A quinque agmina Hispanis excubitoribus seruator.

Vesuvius mons his locis imminet, multorum auctorum cōmemoratione clatus, mare, versus Neapolim spectans, quē Strabo hunc in modū describit. Vesuvius amēti si lumen agrum habet, praterquā in vertice, vbi planities est, nullum omnino fructum ferens, solo cineribus oppleto, scrobibusq; caueriosis exulta saxe, quod calor indicat, ostendens, quapropter superioris terrae temporibus ardore solifli, ac intus incendiū materiā ac fomenti eſe colligitur, quibus deficientis ignis quoq; ceſſet. De Vesuvio Procopius li. 2. de bello Gothicō, in hac sententiā scribit, accepit à Neapoli ferme LXX. ftađis, vrbemq; ipsam & Aquilonē spectat, vndiq; à circumiectis montibus diuīſus, circum radices saltibus sylvo sūs, vti etiam in summis cacuminibus, quippe, vbi in iūis horridusq; est. Medio ciuius vorago profunda, quam in intima terrae vīa circa penetrare conēdura est, hinc ignis & flamma prouumpunt. Ita ferè Procopius. Conflagrationis eius etiā meminit Beroius lib. 5. antiquitatē anno penultimo Aralii, septimi regis Asyriorum, multis diebus Italianis tribus in locis arſiſe scribens, circa Itros, Cumas, & Vesuvios. Quam rē dīo exactissimē perfecequuntur eſt hac tentiū. Sub Tiro horribilia quadā in Campania accidere, que magnā admirationē habent, nam sub aurum in tempus ingens incendium repente exortū, quo mons Vesuvius conflagravit. Is mons, mare spectatad Neapolim, habens fontes ignis maximos, ac olim ex omni parte excelsus erat; sed tunc ex medio ciuius exigitur, nam ea parte tantum exufit est, extremitas autem intactus integerq; permanet ad hęc ēpōrā; ex quo fit cum ignis externas partes non exurat, interiora verò consumantur igni, rediganturq; in cineres, vertices, qui circa sunt, vñq; adhuc veterem altitudinem habent, & pars ignis contumpli eſt, dū in le coit, concava facta sit, ita, vt totus mons (si licet parua cum magnis conſerve) formam habeat amphitheatri. Et cetera, quia iam commemoratus auctor de Vesuvio incendio ad longum commemorabit, sed & alia de Vesuvio monte stupenda, vide in Indice. Appositū nunc eius pedi oppidum SV M. M. A. q̄ moūtē ſumnum vulgo vocari dicunt. Sunt tamē qui ſummanū appellari putent, ab agri eius preſtantis fecunditateq; ſumma, vini quoq; Graci eo naſcentis abundantia, (id Pōpeianum appetat Plinius), ob vicinitatē Pompeiorum, vti etiam Volaterranus probat) item ab vere varietateq; maxima fructuum optimorum hoc trātu prouenientium, Blondus ſumnum dici vult, tanquam montem altum, quod fit in proprieť Neapolis; etenim cum vno latere mare, ceteris vndique plantis amētis ſumam habeat, præcelitus inter ea camporum & maris aquora conficitur.

PAVSILIPVS MVS Mons, Romā Neapolim tendentibus, occurrit, inſtar promontorij in mare vergens, Eum ita Plinius appellat. Columella Cefarem iuxta montem hunc pīſcīnā habuisse scribit, in qua pīſcis vnu annis sexaginta vixerit: cuius quoq; mentionem facit Plinius, cum eiusdem montis l'auſilippi commemoratione. Viam qua Pureolis ac item à Turre Patriæ Neapolim itur, interfecat, & præcludit, quam obrem in perfoliis effet, aut ambitu longissimo circum undus foret Neapolim peritius, aut ardus iugorum abruptusq; vertex superandus. Itaq; per cauam montis viam, ſumptu artificioq; mirabilis exefit in fine direcō commercari poſte conſlat. CR Y PTA M nunc appellant: Strabo ſpeluncā dixit: de qua, defcripto prius ipso monte, diligenter, & abunde differemus. Mons vndiq; tum cultura fructiferisq; arboribus, tum vallis, hominumq; & domicilijs nitet. Planities ante a cēnū amētissima pīſcīnā, tota fragmentis fertili, & vitibus qua præaltis arboribus coniuncta sunt, nobilitateq; ſueci præcelunt, exornata. Paſſim etiam horto nobilissimis arborum generibus, maxi meiq; medicis ac ſimilibus conſitos videare eſt. Initium hinc crypta per intima montis vīſcera ſaxo mirabilis opere excīſo, tranſitum direcō probentis: qua de Strabo ſcribit, inter Neapolim & Dicearchium in monte effōſam ſpeluncā eſſe (quemadmodum & aliam Cumas tendentem) per quam via multis ſtadijs, qua duo contraria plaustra cōmēcare queant, pandur. Hanc ego diligenter exactiusq; cognoscendi desiderio metiri volui, & pedum amplius XII. in latū, rotidem in altū, à fau- cibus

O.R. 5.  
Elegansiss ad mare Tyrrennum  
ex monte adipo NEAPOLIS  
monumentorum prospectus.



cibus vbi introit ad finem vsque coniecte cauerat II. M. & ab oſio quo exiit ad Neapolim via quidem drecta sed in faxum incisa D. in longum esse cōperi, qui in totum milliarū nostrorū temporū, vel M. P. mensura perfecta est. Pars tamen aperta, latitudine coniectam aliquanto, duplīcī altitudine supera: neq; recta est vt altera, sed flexib; quibusdam finiuota. Fenestrōlīm, ferū spiraculī pluri mis lumen in opacū in fundebatur, quibus nūc omnibus obtratis, iunius perpeua tenebra fuit, & in oītis tantū lumen ingressū fēget rāngū stellā procul appetat, intus iter agentibus. Actate Seneca non minor eius obscuritas quam maiorum nostrorum memoria fuit: scribit enim ille, se in crypā Neapolitanā fuisse, qua carcerem vñquam aut extensiōrem, aut obscuriorē haud confixerit. Rāfanus erat fācū cum nullā omnino lucem haberet, nimirū fenestrā terra cōpletis, & oītis etiā ruinis veripibus cōnūctis, adeo, ut in gressu ab oīt; lumine perhorrendus esset, Alfonsum Aragoniā primūq; Neapolis regem, fauces, vt nunc sunt, aperiuſſe ferū, pūrgatiq; scribit, quo sine metu per caueranā cōmēre licet. Eam operam laude summa dignā, profectō fatendum est; ingenti enim voluprate lumen oītis immisum procul tanquam fidus euntēs cernunt, ad quod iter dirigant. Ego penitus omnia cognoscendi studio pedibus incedens, prēente lucerna, diligētiam & industriam artificum qui tam drecte fodere potuerint vehementer admirabar, ac postea nō semel apud curiosos homines questionibus inēctis, qua tandem ratione id aspergē operā potuerint, ita propemodū omnes sentire cōpēti: prīmū, in summo vertice montis contīnuum signum, & ab eo linea recta vltro citroq; duclat ad oītiorū in pede clivū loca: his ita designatis, inceptam ibi fodinam, ac deinde ad normam exacto directōq; processu, ab oītūtam. Mirabile profectō ac immensū opus est; quanquam de auctore scriptorum sententias varietur. Zenobius Acciueulos ordinis Prædicatorū monachus, Græcā Latinq; doctissimus, in Panegyrico quodā vrbis Neapolitanā ac ciuium eius, nōnullos à L. Lucullo factū, alios, à Bassō dixit, tantū referat. Nos, Coceum auctorem exīfūmamus, verbis nimirū Strabonis in harentes, qui, vt anteā cōmemorauimus, Coceum caū illam ac subterraneam viam à Cumis vsq; Baiae, & alteram à Puteolis ad Neapolim fecisse tradit.

Stephanus Vinandus Pighius, Herculus suo Prodigio, hec, de ita monte commentatur. Pauli pūs, inquit, mons arduus quidem, vīci satem pulcherrimis excutus, & villis, etiam oīlī, vt ex Plinio & alijs consit, habitat; instar promontorij procurrit in mare Siculum, viam præcladūtēt Neapolim & Puteolos: qui quidem summo cum labore moleſtia, viatoribus luperandus erat, vel vmbitu longo circumēndus; priuilegium maiorū industria perfodiret. At vērō per imas radices aque intima vīscera pertutus, vīa itinerabitās re trāmitēt planā atq; faciliēt aperire. Et Hinc quidem ab antiquo Græci monētū non ineptō videntur insigniē nomīne οὐρανοῦ appellantes, vel ad tempore moleſtiarum atq; laboris: quo cognomine & louem ipsius celebratūt Græcītēt, & apud Sophoclem legimus. Mons quidem pertulitūt ad pallū plus inīus mille, viaq; per fodinam illam patet la pedes xii, ac tota demalata, sicuti Strabo testatur, duo contraria plastrū simul cōmēre & tranſire possunt. Speluncam appellat ipse, Seneca cryptam Neapolitanā: vbi forte athletarum omne se per pessum scribit ad Luicium epistola L. VIT, cum per illam Baijs Neapolim repereret. Repperit nimirū in via lutī caromata perabantur, & in ipsa crypta Puteolani pulteri haphen. Eadem expertus in inferno Carolus Clitūn Princeps, cū Anno n. d. LXXXVII. illac. transiit, eiusq; comites, sicuti omnes solent, qui multi simul vel pedes, vel equites illam tranſante. Itaque cū extēnbris illiſ ſlauſ prodūt, in iuicem intuiti non ſin cachinno admirabantur, excutēdūt in q̄m fatis reppererint. Caufa perputi pulveris illius in promptu est, quod vēntus aut pluvia nūquā ed penetrat, nihil in ſpecu oītis, humectat. Cū inigit illi pulvis motus, vt idem Seneca dicit, in ī volutatur, & fine ſpirātū ſi inclusus, in ipso, à quibus inicitatus est, recidit. Ex cuius verbis quidem colligimus, Neronis temporiū nullas speluncāt istam habuisse lumen ſenitela, vel aeris ſpiracula, præter quā in veritā, ſcibus, Nam carcerem longū & obscurum vocat Seneca, in cuius illud, quām ipſastenebris videre est. Aferit attamen Cornelius Strabo, per montis crepidinē ſenitela plures varijs locis ex aliū lumen infundit. Quibus omnibus de nū vel terrātū, vel negligētū temporū obtratis; tenebre profundas speluncāt longū ſilvānū illam obſedite, non eft mirū. Hoc quād contēgit, in obſcuro nūc item est. Petrus Raſanus Siculus, Epīcopus Lucearius, ante ſua tempora, filicet, ante annos centū quinq; aginta plus minus foramina, quib; lumen admitteretur, in ea crypta, ſuile nulla, testatur. Obſtrūtā ſtātem ſeruunt, atq; ve rībus vīrīmque fauces, vīrīgreflus ab ipſi, lumen cunctis effet perhorrendus. Tunc Aragonum Regem Alphonsum prīmū, in potestate prouincia redactā, complanata, dilatataq; viam ac fauces perforatēt montis dorsū, atq; duas aperiuſſe ſenitela, quālumen obliquū in median ſpeluncāt ex aduerto nunc infundit. Tanquam nūx quēdam in ſparſa ſolo lū illa tranſeuntibus aperat à longē reſplendēt in obſcuro, priuſquā ſenitela videri poſſunt. Et item in tenebroſa vīa medio Sacellūm exiguum excūfūm in pariete faxo; in quo noctē dieq; lampas ardēt viatoribus externe lucis memoriāt suggestit, nec in tabula pīcta noſtrā ſalutēt in virginē matrē. Maria natam ostendit. Ad ampliātū opus immortalitate dignū, restaurauitq; noſtrā memoria. Petrus Tolentinus, dum Caroli. V. Imperatoris ſuipicis regnum Neapolitanū ad ministrat. Itaque nūc ſtātem ſecūtā ſtātem vīa per montēs drecta est, vīa cryptā ſuiprā, lumen à longē velut ſidū ſuodān per oītūm ad aerielū ſuiprētāt, ad quod eundēs in tenebris iter dirigant: quibus item facile atq; inuidūt ſtātem, obuios quoq; per lumen illud in ſpeluncāt intrantes, tanquam pygmæos procūl, vel equites vel pedes cernere. Quiniam prīmū animo Xerxes tam inūfūm opus aggreſſū fuit, aut quod tempore factū fit, feruntur eritordūt varia ſententia. Sed præterea muſi vulgi feromē ſuiprētū, magici poēta Virgilij/cuius ante fauces crypā ſuiprētū ſuile plures tradūt/ incantantē ſtātem attribuentis. Item eos, qui Ballū, nūc quēdam, eius auctore adferunt, cuius nūmo, quod ſciam, veterū meminit. Nos ex Strabō Cornelio quidem colligere videāt, atq; que is ex Ephoro, Homer, Græcisq; ſcriptoribus alijs, Cimmerios antiquissimos populos in illo Campaniā traectū iuxta Baiae, Lucrinū, atq; Auernum in antris atq; subterraneis ſpeccubis habitat, cauerisq; quib; ſtātem inter ſe committant, eſſodiflē ſtātem, pertuſile montes: nec non per ſacerdotēs ſuos neclomantia, ac diuinations ſuas in ſpeluncāt profundiſſe exereſit, peregrinos & aduenas ad inferorū oracula deducendo. Quagente delecta, Græcos, qui regionē illam pōlū incolūt, quie Cumis Neapolim condidere, Cimmeriorū ſodinas illas, vt opinantur plures, ad hypocauſta, thermas, vias, aliosq; versus vīlū accommodaſſe. Nec minus Romanos, Græcum exemplū, propter magnificētā pluri- mūm auxiſſe ſubterranea illa opera, cū iam rerū domini, ſeſſelus ac viſas oppidorum in ſtar ibide mētrūt, atq; Puteolani pulteri ex ijs montibus extracti, rare virtutes ad adiſſorū ſtructuras firmandas, fundamenta, in aquis ſolidāda, lam innorūt. Ad ſiſmat autem Strabo, ſua quidem ſtāte, cū Auerni montis ſaltus aērem corrumpentes exciderint ſub Augusto M. Agrippātūm inter alia antiqua, & magnifica opera, ſpectum ſubterraneū vīque Cumas effūlum apparuit, quem vna cum alta, quā inter Puteolos atq; Neapolim eft, Coceum quendam perduxiſſe, fama tenebat. Cuius inquit, ſtāte, fortassis vīſus regionē ſobinūt, vt euſum modi ſubterraneā vīa, cauerisq; ſtātem. Ex eius autem hiſce verbis eliciamus, dū ante Strabonis tempore Coceum gentem in Campania floruisse, crypā ſtātem ibi ſuile, nec de eius auctore quid aliud tū certi constitūt. Nec veri ſimile mihi videtur, opera L. Luculli, qua maxima & ſumptuofa ſupra modū in ijs locis fecit, quorū ob causam Xerxes togatus a Pompeio Magno, Tuberone, Cicerone, ceteris principibus vībū appellatū ſuile, Straboni ignoti ſuile. Quapropter nec in eorum ſententiam pedibus eo, qui voluit ab ipſo propter viam ſuam ibide, Paulyſſum per ſolūmērre ducit, quod à Marco Varro, Plinio, atq; alijs memoria prodūtūt, à Lucullo montem iuxta Neapolim maiore in pendio, quām vil- lap ſuam adiſcaſſe, exſlūm effe. Sed in quem vīfūt? quālo. Non vt ita viatoribus commodū faceret, fed vīe ſuiprētū aperiret, ac mariſ vīdas, cūm plaret, pīſcīn ſuī ſuimitteret: viq; pīſcībūs per viuaria tam ſtāte, quām hyēne commodas ſtationes intra montis caueras pararet.



VIA LIBRIS SOLO 00745

# CALATIA.



**C**ALATIA, quam nunc Cajaziam Italorum vulgus appellat, antiqua vrbs est Campaniae Felicis, prope Vulturum amitem. Capua VIII, Neapoli vero XIIII Italicas milliaribus distans.

Fuit olim Municipium, ut patet ex pulcherrimâ inscriptione, quæ legitur in vetusto lapide in foro ipsius Ciuitatis, & ex historicis etiam quam plurimis, qui narrant Attium Calatinum funatum esse Dictatura, supremo apud Romanos magistratu, quo non potuisse fuisse, nisi Municipis fuisset, cum Municipis tantum Vrbis Romanæ munera participes solum fierent.

Eam fuisse præcipuum Campaniæ Ciuitatem, patet ex Polybio, qui lib. 3. enumerans causas aduentus Annibalis in Campaniam, hanc quoque addit, ut potiretur scilicet, nobilibus ciuitatibus, Capua, Atella & Calatia.

De Capua, Atella, & Calatia, habetur frequens mentione apud Liuium, & Plutarchum in Annibale. Cicero (licet P. Manutius) perperam, quod pace sua dictum sit, ac contrâ veterum exemplariorum omnium autoritatem locutus illius corpperit, prout etiam Virtus Amerpachius & Viatorius, qui pro Calatinum Calatinum, vel Galathinum legunt, meminit lib. 13. Epitolarum, quæ familiares vocantur, de Hippia Philoxeni filio Calatinio, hospite & necessario suo, & de legibus Calatinorum, quibus vtabatur, ne quidquam publicum, nisi publico nomine possideretur. Ex qua Ciceronis Epistola etiam apparet Calatiam Municipiū fuisse, cum eam suas leges habere dicat, quod proprium Municipiorum erat. Colonizamq; & ceteræ Ciuitates, populi Romani legibus astringebantur.

Meminit etiam Cicero huius Ciuitatis lib. 16. ad Atticum, Epistola VII. his verbis (qui liber adscribere cùm ex illis videre sit, quanti Octavianus illam Ciuitatem fecerit) Kal. vesperi litteræ mihi ab Octavianō redidit sunt. Magna molitura: veteranos, qui que Casilini & Calatia sunt, perduxit ad suam sententiam.

Idem denique Cicero, cùm in Rullum oraret caufam, & de Capua excellētia verba faceret, Calatiam quoq; inter præciatas Campaniæ vrbes commemorat, his verbis. Romam in montibus positam, & convalibus, cœnaculis sub latam, atq; supenfam, non optimis viis, angustissimis femoris, præ sua Capua, planissimo in loco explicata, ac præ illis femitis iride debut, atq; contentem agros verò, Varicanum, & Pupinum cum suis optimis, atq; vberis, campis conferendos scilicet non putabunt, oppidorum aut finitimarum illam copiam cum hac perrisum, ac per iocum contentem. Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum hercle Lanuum, Arianum, Tuclium, cum Calibus, Thencio, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompejus, Nuceria comparabant.

Exst adhuc magna pars veterum iutorum, qui fuerant tantum ex quadratis lapidibus sine calce, aliòvè genere ferrum in natione struxi, præferentes haud paruanis Vrbis eleganiam.

Antonius Sanfelicius Monachus, elegans de Capania libello, Montana est, inquit, Calatia, suprà quam, seorsum tamen, ingens quadriga fuso surgit opus, quod rupis faciem oculis offert, ferruminato nexu lapidis bus aptè inter se coherenter. Hæc fuisse atq; oppidi mœnia sunt qui dicant, quos, ego nō sequor, opinor quæ ciues per ea tempora habitasse, vbi adhuc habitant. Argumenta mihi est perennis aqua influens subteraneo rivo in cisternam veterem, quæ in oppidi est umbilico, ipsaq; aqua per aestuosa menes ob innoxio frigus ciubus gratissima est. Addo etiam testimonium super portæ ibi marmoreæ tabellæ, in qua hoc incisum est Epigramma.

M. GAVIVS T<sup>F</sup>  
QVISELLVS Q<sup>F</sup>.  
GALLVS  
DVORI VQVIÑQ.  
CRÉPIDINES CIRC  
FORVM SPF.

Si ergo hec erat forum, continuo & oppidum, nunquam foro mœniis excluso. Habent hi colles oleta distincta oleastris, quorum bacca non carne, sed liquoris dulcedine commendantur.

Hæc Cisterna, cuius auctor hic meminit, etiamnam Calatinum commode inseruit. In foro enim Ciuitatis, in signis est pectus, qui cōflat magno subterraneo adiicio in tres partes diuisio, mirabilis artificio factus. Nam cùm intrinsecus non solum singuli parietes, & camera, sinit solido marmore muniti, verum etiam ipsum pavimentum adeo tauris fatere panitus non posse, tamen perpetuo abundat aquis, mirantibus cunctis, nomine causa abundantia quærum adhuc sciente, licet vulgus illorum hominum, pro vniuersitate caput, varia iudicia ferant.

Sunt multa in ea vrbe antiquitatis monumenta, & veteres inscriptio[n]es, quas omnes h[ic] intexere, vna h[ec] pagina non tolerat. Illud tamen silentio præterire non possum, quod etiamnum in ipso foro Ciuitatis existet simulachrum lapidei Priapi, paucos annos in ruderibus antiquissimi templi Veneris Felicis repertum, Quale simulachrum nec in antiquitatibus quotquot Rōmæ sunt, neq; in alia vla vrbe, quod sciā, reperitur.

Fuit Calatia in primis ipsi crescenti Ecclesiæ temporibus Episcopatus titulo insignita, ut patet ex publicis tabulis, ab vsque Anno humanae salutis CCC. confectis, ubi mentio habetur Episcopatus Calatini.

Fuerunt inter illius vrbis Episcopos duo sancti viri pietate & miraculis clari, S. Ferdinandus scilicet, & S. Cyprianus. Ferdinandus qui iam dudum ante Stephanum illam Ecclesiam rexit, Hispanus ex regali Aragonie profapia fuisse traditur, quo tempore clarerit ignoratur. Eius corpus seruat in templo suo nomine dicato, in oppido Albiniiano Calatinæ Diocesis. Stephanus, Italus fuit, elatuit tempore Landulphi Principis Capue, cuius corpus seruat in ipso Episcopali templo, suo nomine dicato. Eius festa dies celebratur IIII. Kal. Nouemb. quia etiam populo ostenditur illius digitus, qui est adhuc integra carne.

Ecclesia



CALATIA

*vulgo Caiazo,  
per antiquam Cam-  
panie ferevis op-  
pidum*



Ecclesia Calatina, per antiquum & paucis in Germania & Gallia notum, sacrarum imaginum ysum obseruat, per quem accuratissime comprobare videretur. Imagines, hinc quoque in finem, in ecclesiis fidelium affermaruntur, ut Laicorum libri existant. Nam Septimanæ fanticæ, fabbato fanticæ, dum in eminenti Cathedrali Ecclesie loco, in qua Euangelium decantari solet, Prophetæ decantantur, statim, prophetica lectione una finita, ad plebem fidelem in Ecclesia collectam, à sacrorum ministro, eodem ex loco de picta explicatur, & euoluitur charta, imaginum & colorum varietate ad viuum expressa, cùdem ipsam prophetia historiam, quam Canonicius iam antè decantarat, representans. Ita, ut duodecim prophetis decantatis, duodecim picturæ inter se connessæ, & baculo complicatae, sensim in iunctum euolutæ, fidelis populo speßandæ proposita, duodecim prophetias quasi viua voce populo explicent, & interpretentur. Fuit etiam in eadem Ecclesia consuendo vetustate comprobata, ut die Louis fanticæ, quando Mandatum Domini de more, & ritu maiorum celebratur, in Sacello S. Trinitatis nuncupato, Altare concavum trium digitorum altitudine, trium pedum latitudine, sex vero longitudine, viuis Cadi capax, vino impleretur, quod fideles in Cathedrali Ecclesia pietatis ergo congregati, interea temporis exhaustibant, dum absoluто Mandato, duodecim pauperum pedes ab Episcopo lauarentur. Ertenunt Ecclesia hanc consuetudinem vix ad Concilium Tridentinum, cui tunc, non sine communi Ciuium dolore, derogatum.

Ornamento, quo duratoro Ecclesia Calatina cōdecoratur Octauij Mirti Frangipani Antistitis sui virtutibus & nullis non seculis laudanda prudenter, qui nomine Sumi Pontificis Gregorij xiiii. Civitatem Bononiæ bonis legibus gubernauit. A Sexto decinde quinto, ad superiorem & Inferiorem Germaniam omnesq; Belgij Provincias, eo tempore, cù potestate Legati de Latere, destinatus est Nuncius, quo periculosisimo bello præcipua Nunciaturæ loca ardebant. In qua quidem functione octauum in annum Coloniam porissimum refedit, & tanta maiestate, grauiſſima Rei Christiana publ. negotia administrauit, ut Serenissimus & Reuerendissimo, Principi Electori Colonensi Ernesto, Bauariæ Duci, Parmensi Duci, Senatu Coloniensi & universo demum Clero gratissimus fuerit. Post, ob virtutem & meritum à Clemente viii. ad Episcopatum Tricariconiæ cœctus, magnum fui defiderium apud omnes reliquerit; quando ab eodem Pontifice ad grauiora pertractanda negotia, ad Archiepiscopos Electores, ceterosq; Germaniæ Principes, ablegatus pergregiam ibi operam Religioni & Clerico restaurando praefat. Tanti certè temporis residentia, & rerum viue ele- ganter cultus, de Colonensis Ecclesiæ statu accurate informatus, opus eruditum confcripsit, &

Ecclesiastica illius Ecclesiæ & Cleri Reformatione; quod, ut ad communem & publicam utilitatem in lucem prodeat, omni- bus votis optandum.



# GALLIPOLIS.



**A**LЛИPOLIS, vrbis in Salentinis & Magna Græcia; cuius fines olim Strabo delineat inter r̄nā T̄rr̄hem & Adriaticū, omnem illū Brutorum & Lucanorū agrum, & pr̄terea r̄bus c̄fcentibus, vniuersam tenuissimam Siciliam testatur. Cato, Magnam Græciam vocatā perhibet, oram, sinuū cīcumēctam Tarentino. Nam cīcum sinuū Tarentinū, inquit, est magna Græcia. Id h̄ic Regioni nomen obigitse Scriptores tradunt. Quod, cum hic ad sinuū Tarentinū, tum in Lucanis Brutisque Græci, ad nouas quærendas sedes, patria digressi, diu constituerit, v̄besq; plures, quam in vlla quavis alia regione, condiderint. Aliast tamen aliorū rationes Leander prolixius commēmorat in sua Italiz̄ Historia, quas nostri instituti ratio non fert, in topographicis vrbium descriptiōnibus referre. Ad Gallipolim igitur nunc pāulū proprius accedamus, oppidum in ora, & in ipso quasi sinu ac cauda Italiz̄ situm: Anxa Plinio, De qua Mela. Vrbs Graia Gallipolis. Et Nonius Pontianus, obseruationib; suis in Melam, Pro, vrbis Graia Gallipolis, scribendum putat. Vrbs Gallica Gallipolis. Plinius in tertio. In ora, inquit, Senonum Gallipolis, quæ nunc Anxa: Erit igitur Gallipolis dictio composita, ex voce Græca & Latina, quod et si raro, aliquando tamen sit, vt in Epitogium monstrat Quintilianus. Gallipolis igitur in finibus Italiz̄, quam Magnam Græciam vocant, mirabilē cōstitutione sita, in ambito miliare Italicum cum dimidiō, continet & habitationes lītā milie, octingentās, rupi, & immobili saxonis infidet, Muris, tam ad defensionem idoneis, quam ad ornatum & magnificientiam conspicuas circumdata, aere saluberrimo gaudet; Peninsula forām repräsentat; De qua Leander in Italiz̄ & Salentinorū descriptione, ista commēmorat.

In Salentinis, inquit, Ciuitas est Gallipolis, Ita Melā vocata; sed Anxa Plinio P. M. à Tarento XLII. Eam initio Græcos, dēinde Gallostenusse Rassans vult: nobis contrā videtur, Græcos successisse Gallis, idquē potissimum hominis argumento, quod à Græcis vti vrbē de Gallis captæ inditum, Gallipolis; Nam, si primos Græcorum fuisse colonos arbitraremur, posteriores Callios, illi san̄, no græcam appellationem, sed latam, ex sua lingua vernacula condidissent; Accedit huic sententia, Quod Ecclesia Gallipolitana, tanquam à posterioribus colonis Græcis, etiamnum instituta, ritusque Græcorum obtinet, quodquē in more habeat, nunc originis gentisque Græcanica, nunc Latina, per vices equeas, episcopum creare. Scopulo infidet, seu lītū modice, quæ mari vndique cingitur, continent adh̄eret pohti, faxis ingentibus suffulto; quæ nonnunquam tumidis vīdīs, ita pr̄orsus occūltatur, vt vrbē plenatum insula formā sit. Munitissimum itaq; naturā situm habet, vt adeo haud facilē vi expugnari posse videatur. Locus in istar est fori, & negotiatoribus accessu, tam mari, quam terra per oportūnus. Quapropter toto anni tempore, mercatoribus frequenteretur, maximē Geriuatibus. Exaduero duę longius in altum proiectā insula, sed permodice, minimeque momenti cernuntur. Ager Gallipolitanus optimus, & fertilissimus est oleo, vīno, croco, ceterisque fructibus ad vīsum humanæ vitæ cum prīmis abundans: mare valde pīculentum habet. Atquē ista quidem Leander habetens, cui paucas quasdam obseruationes addemus ex separata Ioannis Baptista Crispitopographica tabula, quam in laudem & eloγiūm patriæ sua, & eātabula diuulgauit.

In aditu vrbis, qui vnius pontis est, Castrum est validē munitum, ad defensionem & conseruationem loci, per oportūnum. Prater varia loca pietatis nuncupata, Ecclesiam etiam Cathedralem, sancte Agathæ dicatam Gallipolis exhibet. Fontem similiter nouūm, elegantissimis decoratum statuis, quinque tubis, pr̄stantem aquam, ciuium vīsibus assūtam et uelutantem. Aqua dulcēm pr̄terea operis vetusti, partim conspīctum, partim per occultos terræ meatus procul defiuat.

Insula, marinis secata aquis numero 6. signata, ager quondam fuit, vrbē Gallipolitanæ multis seculis continuus, nunc verò aquarum impetu à continentia uulsus, & in Insulæ formam reditus est.

Quæ verò paulo maior, ex opposito, insula apparet, D. Andreæ dicta, miliare Italicum in latum continens, plana, & maris circumferentia acclivis, compascua, pecoribus larga pabula pr̄bet, quæ ex Gallipoli certo annūtempore eō pabulatum emissa, aliquamdiū loco ibituto, substituunt, vbi & Gallinarum multitudinē brūchus, in pacuis frequens, & nocivus, vīctum affatim pr̄bet. In Insulæ medio lacus dulcem aquam tanta copia fūndit, alueum vt in mare ducat. Demum, & à quæstuo sapientiōne insula h̄ec parua plurimum commendatur.

G A L L I OMNIA TECTA POLIS

PART E DEL MARE



## MEDITERRANEO

This is a historical map of Brazil from 1575, titled 'TERRA DO TRANTO' (Land of Brazil). The map shows the coastline of Brazil with various settlements marked by small buildings. The text 'TERRA DO TRANTO' is written vertically along the left side of the coast. Other labels include 'D. I.', 'IA.', 'B.', and 'T.'. The map uses a woodcut-style technique with green washes for land and blue washes for water.

GOLF C

卷之三

TARANTO



*Le più felicitissima Città è quella di dove nasce Galateo, perché, se non per il suo operare di grande e nobile industria, ed ancora più d'averlo fatto il corpo a sé, gli ha dato una vita così da morire, in molto santo, che rimasta in ogni memoria. Ammiratissima di frasi luminosissime.*

*S. Francesco di Montefalco è il Maestro a Montefalco. I Cavalieri di S. Francesco incontrato al Campo. Il Convegno parte con ammirazione della sua vita, poiché, pur di non farne uso, ha rinunciato a tutti i piaceri del mondo, prima pensò di legge, poi, dopo averne preso le leggi, si fu fatto monaco creando di molte storie con sangue fresco d'alcuna pregevolissima. Voleva anche fare un libro di storia, ma non lo fece, perché non aveva tempo.*

*Il Signor Galateo, che era un gran filosofo, riuscì a far credere, tra altri*



UVIA. BHSC. SC 00745

NOVAE PALMAE CIVITAS  
ANNO SALVTIS M.D.XCIV. A FLOREN-  
TISSIMA VENETORVM REPVB. AEDIFICATA.

**P**ALMAE nouæ Ciuitatistypus, quæ in patria Foro Juliensi à Venetis ædificatur ad maris Adriatici ostium, quod fuit præteritis seculis Italæ calamitatibus quasi fatale. Nam barbaræ quæcunque nationes illac, ad Prouinciam hanc vastandam & subigendam sibi aditum fecere, & Turci ipsi pluribus excursionibus olim vicinas regiones vexauerunt, quibus non erit illud in posterum, per gratiam D E I, tam facile. Nouem habet propugnacula, quæ à se inuicem distant ducentis passibus, circa hac plateæ circulares ac latæ pro ordinanda acie, & mœnibus defendendis. Fosse, aquis instructæ, quæ eam ambiunt, largæ sunt passus triginta, profundæ duodecim. Portas habet tres, & areas spatiolas nouem. Viæ, ex propugnaculis ad centrum sunt, in quo turris munitissima, ciuitatis subsidium. Habet diametrum sexcentorum passuum.

Nomina propugnaculorum.


- |                  |                  |                  |
|------------------|------------------|------------------|
| 1. S. Fortunati. | 4. S. Laurentij. | 7. S. Mariae.    |
| 2. S. Hermacori. | 5. S. Iustinae.  | 8. S. Clementis. |
| 3. S. Crucis.    | 6. S. Stephani.  | 9. S. Eufemiae.  |

Forma nummorum ex omni metallo, sub fundamentis huius  
Propugnaculi positorum, Anno reparatæ  
salutis M. D. XCIII.



PAL

MAS



Nova PALMAE ciuitas in  
patria Ferentini ad mari Adri  
atici solam contra Barbarorum in  
cursionem a Cognaci adficta

Propriagnariae ciuitatis novae, que a si insi  
cum distat: 200 passibus. Circa hanc patet cir  
culariter pro ornamento et utilitate. Figit per canamque  
cavum, ex quo exire possunt hab  
iles, et armis. Hoc ex propriagnaria ad cer  
tran hoc, in qua terris viciugines, ciuitatis  
apudibunt. Habebit diametra sex paginis.



UVIA. BHSC-SC 00745

# CATANA.

**C**ATANA, vetustissima Siciliae vrbis, Græcis atque Latinis commendata Scriptoribus, vna sui parte mari aliorum ceteris, ad radices Aetnae, cui subest, extenditur. Hæc à Chalcidenibus, qui Naxum in Sicilia edificauerat, anno mundi 4402. vt in suppationibus Eusebius referit, & septimo post Syracusas, ab Archia occupatas, cōdita est, lib. 6. teste Thucydide. Anno etenim nono, post Naxum extundam, cum loca Naxi vrbis Chalcidenibus habitatione minuta viderentur, quod paludum ac fluminis ex Aetna orientium, eruptionibus, quibus eccl. inclemētia excitabatur, essent obnoxia, (prout etiam hodie sunt) Theocles & Chalcidensium maxima pars, è Naxo transtigrantibus, hoc loco delecto, fedes posuerunt, vrbemque à Catano duce (vt à Græcis accepimus) Catana appellauerunt: licet Thucydides Euarchum, Naxiorum colonem ad eam extundam, aut horem fuisse scribat. Sunt qui à sti potius, quod nimuris sub alto monte iaceat, eam denominatam velint. Nam Catena, Græcè, sub alto, est Latinè. Proculve vero temporis, cum Hiero senior Syracusanorum Tyrannus, vrbem Catanan superaserit, expulsi Caranensis, decem Megarensium, Geloum, Syracusiorumq; milibus, magna quoq; finitimum agrorum pars, in capita diltributa, eam habitarā dedit. Quam cum Doricis, Laconicisq; legibus exornata, vt lib. 9. Diidorus, & l. 6. Strabo memorant, quò nouis vrbis conditor videtur, abrogato Catane nomine, Aetnam appellavit, cuius etiam non tyrannus, non Regè, sed habitatorem, ciuemq; se feliciter volunt. Vnde & in certaminibus, quibus supererat, viator, non Catanius fe, aut Syracusii, sed Aetnænum, noua ambitione, proclamari iubebat, vt l'indus in Olympis, & Pythijs tradit. Huic vrbis Hiero Chromium, quem ob singularem modestiam, probatae, ac fortitudinem plurimum diligebatur, gubernatorem praefecit: qui & ipse in Pythijs viator, Aetnæus, eodem Pindaro teste, promulgatus est, Catanensis vero patria exitos, in Leontino transcripsit, eamque illis sedem constituit, iuslīque, vt cum incolis & ciubus, eam vrbem incoherenter. Id autem ad Hierone propterea factum est, vt idonea a fida sibi ad emergentes necessitates subfida quam paratilima haberet, & vt ex hac vrbie decem milium colonorum quasi à se condita, præmia, laudesque heroicæ assequeretur. Moriens deinde apud hanc vrbem, & fato functus, non minores funeris honores nautes est, quam si vrbis conditor fuisset. Verum prisci illi Catenses, quos in Leontino transcriperat, ut eum mortuum audirent, patrem amissu desiderio, Catanan reveri, profugatis non colonis, tumuloque tyranni terra ex equato, vrbis sua pristinum Catanum nomen, Aetnæ abolio, refutuerunt. Hæc autem Catana ciuitas, antiquitus ad eam oram, qua Naxus petitur, insigni portum habebat: qui Aetna profluo postmodum obtrusus, vallisq; lapidibus plenus hodie confipitur. Triā præterea Theatra memoratu digna erant in ea, quorum ruine adiuv videntur. Quippe, muri pars, que Leontinus spectat, maximū theatri ex nigro quadrato q; lapide structi, cui contigua est, præclare adhuc magnificientia monumenta exhibet. Alterum, iuxta Stesichoram, quam num. Acidis portam appellant, in hunc vque diem, admiratione non indigna, tū vestigia reliquit. Tertium Catang, intra vrbem prope adem Diui Aquastini, spectandas hucusque reliquias monstrat. Aedes quoq; veteris superstitiois sacra, hac in vrbie colim erant. Sed prater ceteras Cereris religiosissima, Sacrum (in Verrem inquit Cie.) apud Catenses erat Cereris, eadē religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua propè in toto orbe terrarū. In eo sacratio, in intimo signū erat Cereris perantiquum: quod viri non modo, quid esset, sed ne esse quidem sciebant, aditus nanque in id sacrum, non erat viris: quoniam sacra per mulieres ac virgines confici solabant. huicque Cicero. Sacrum id extra portam vrbis, quam Regiam vocant, situm erat, vbi tuis est hodie Episcopo inscripta: cuius mira adhuc videntur monumenta, superstrutæ iam spiritu sancto adiculæ inclusa. Gymnasium habebat Catana honestarum disciplinarum studio, celeberrimum, quod M. Marcellus, capit̄ Syracusis, erexit, Plutarchus in Marcello: cuius pro membris non longe à littore cernuntur ruinae. Therma quoq; erant in hac vrbie, cum columnis & epityliis marmoreis ornatisimæ: quas, vbi nunc D. Agathe verus est famum, suffit, Catanenses, à maioriis per manus intructi, affirmant. Ex hac præterea vrbē à M. Valerio Messala Cos. primo bello Punico Siciliam turbante, horologij vñs Romañ et adductus, Plinio lib. 7. cap. 60. Aquaductus ex quadrato & nigro lapide, à viginti ferme p. m., ex fonte cui vernaculæ Butta hodie nomen est, qui non longe à Paternione opido, iuxta monasterium Dñs Mariz Licodiæ emergit, in vrbem affluentissimè, præfatae, per pilas, arcus, aquas deducantur. Quorum magna & integræ moles, neque inferior ea, que Romæ est, adhuc cernitur: licet dum pararem hac edere, ad noua vrbis propugnacula struenda, non parum diminuta ac diruta fuerit. Catanam vrbem prisco tempore, equestri militia, ac eruditio, opibusque suffite insignem, Pindarus, cum ab equitatu, diuitiis, & sapientia Catanenses extollit, in Necesis ode non scribit. Quam & locupletem, honestam & copiolam, in Verrem Cice, commemorat. In hac vrbē (codem authore) & summis Proædiorum magistratus fuit. Claruit olim & illustrum virorum sepulchris. Quorum longior commemoratio, brevitate fudit, in Indicem huius operis, relata.

Catana, postquam Sicilia, capit̄ Seracis, facta est Romanorum provinciæ, à Sexto Pompeio, cum reliquis Siciliæ ciuitatibus, vafata est: quam deinde Cæsar Augustus (vt lib. 6. Strabo memorat) restituit. Iterum tamen eam Fredericus Secundus Rom. Imperator, Siciliæ huius nominis primus Rex, quod ab eo defecit, solo ferre aquauit: arcemque in ea, quæ ad huc extat, in rebellionis formidinem, poluit. Qui penitentibus postea ac supplicibus ciuibus induxit, vi vrbem structura humili, ac lutea restituerent. Cuius deinceps encibus Fredericus Aragonis, Secundus huius nominis Siciliæ Rex, quem terrum, falsò appellant, turres addidit. Martinus mox, vt domos, quæ vellent altitudine, ornatae ac magnificientia, calceæque firmarent concessit. Postea vero Carolus Quintus Cæsar, Secundus huius nominis Siciliæ Rex, Catanam moenibus & propugnaculis munitionis, magnificientissimam reddidit. Nuper Anno Salutis M. D. LIIII. Mente Maio, apud Catanam, in fodiendo littore apud portum cognomento Saracenum, in tabula marmorea quadripedali,

CATANA VRBS SICILIAE CLARISSIMA PATRIA SC<sup>E</sup> AGATHAE VIRGINIS ET MART.



tripedali. Fidius apud Graecos Triomphus, veteris superstitionis Deus, tribus his nominibus appellatus, Semipater, Fidius, & Sanctus, & his aliis, Honor, Veritas & Amor, sub tribus imaginibus sculpsus fuit repertus: Fons oraculae & Veritas manus dexteræ iungentes ille, aperto capite, hec, pallio vittata; & Amor medius adolens virtutemque complectens. Catana anno salutis M. CCC. L. V. pridie calendas Augusti, Friderico, huius ministerio Siciliæ Rego, rerum potente quem Autumnum appellabant, vacca, ad macellum ducta, virtutum, effigiem humanam, ac venum in fronte oculum habentem, edidit. Nobilitatur & hodie vrbis haec disciplinarum omnium. Iuris praesertim Cœlare, ac Pontificij Gymnafio insigni. Tulit Catana olim viros illius lustres complures, quibus plurimum est nobilitata; De quibus plura in Indice.

Catana quoque vrbis sepulchro D. Agathæ virginis, quæ pro Christiana religione, sub Quintiano Siciliæ quandoam Praefato, anno salutis 520. occubuit, plurimum ornamenti accessit. Ea namque, cum ob id solum, quod Christiana esset, tanquam malefica de lata fuisset, plagas, fidiculasque primum, mox à pectori vbera fibi ferro ac igne diueli passa, demum, ex pedum plantis derafa cute, super ardentis foco, placido vultu incedens intrepida, inuidam mortem in carcere obiit. Cuius nomen, tanquam Catanae vrbis tutelare, maximo totius Sicilie virorum ac mulierum conuentu, nonis Febr. quâm religiosissime colitur: tameris Panormitanæ de eius patria contendunt. Templum ei, tota Sicilia maximum, & cœnobium illi coniunctum, ab Angelo Cataniæ vrbis Episcopo conditum est, prout marmorea tabula, ad septendronalem eisdem portam in infra, has maiusculas inscripta, demonstrat: Anno ab incarnatione Domini 1094. Ind. prima, Vrbano secundo Papa Romæ, Philippo Rege Franciæ, Rogerio Guiscardii Ducis filio, Duke Italiam, Rogerio quoque fratre ipsius Guisardi, Comite totius Siciliae, & Calabriæ Domino, Angerius Catana Abbatia Episcopus, coepi hoc adificare monasterium, & ad finem usque compleui, adiuuante domino nostro Iesu Christo, hucusq; in scriptio. Rogerius enim Normanus Siciliæ Comes, post exætos Sicilia Sarracenos, Catana, Episcopali sede ornata, & cœnobio ordinis D. Benedicti, in eadem aede constitutio, Angerium, cœnobii Abbatem, simul & vrbis Episcopum instituit, cui Catanae vrbem, Aetnam montem, atque Acim opidum, dono perpetuo obtinenda, dedit, referuato sibi pre censu annuo, vini cyathæ & pane: vii in eius diplomate dato Catanae, anno salut. 1092. videtur est, Vrbano Secundo Romano Pontifice, id confirmante: vt in eius privilegio dato Anagnæ, 7. Id. Mart. anno salut. 1092. constat. Nicolaus cognomento Todicus, Catanaensis fuit. Is, Iuris Pontificij scientia, sua ætate, nemini secundus, Abbas vulgo dictus est: quod Abbas erat monasterij Sanctæ Mariæ cognomento Maniacis, ad radices montis Aetni sita, s. p. m. à Randatio ad Occidentem distans. Nec multo post, ad Panormitanum Archiepiscopatum ab Eugenio quarto, Romana sedis Pontifice, per Alfonsi Aragonum & Siciliæ Regis intercessionem, sufficitus, postremo sedis Apostolicæ Senatus Cardinalis adscitus est. Bononiae & Senis inititudo iuuentu operam dedit. In totum penitus Pontificium eruditissima edidit commentaria, quæ à peritis maximo in precio habentur. Hic in concilio Basileensi anno salut. 1440.

confilio, doctrina, atque auctoritate, ceteris omnibus præstabilit. Galatius siue Galatius Barda.

finus, etate superiori, Catana oritur. Is, singularibus naturæ incrementis cuectus, ad-

mirabilis corporis magnitudine, eò proceritatis excellerat, ut commun-

nem hominum staturam verticesque, humeris superaret.

De cuius stupenda fortitudine, plura in In-

dice studio sùs lector inueniet.



# GEORGIVS BRAVN COLONIENSIS BENEVOLIS LECTORI BVSSD.



Xhibemus hic Vrbium præcipuarum Theatrum, Lectores benevoli; ad cuius editionem, præstantissimi viri ex remotis mundi regionibus, diuersas Vrbium icones, aliaq; ad communem studiorum promotionem, humaniter transmittendo, doctissimis literis multis, rationibus nos propedium inuitos cōpulerunt. Quorum auctoritate, cum in hoc publicum Orbis Theatrum, induit & per tractissimus, libet hic quadam de primis vrbium initij, progressu, & fatali querundam interitu, pro consuetudine nostra præfari.

Ex naturali ratiocinatione constat, cum frequens hominum multitudo nondum esset collecta, nec agricultura, nec pecuaria, nec archyta cura, nec opificium artes extarent, in speluncis ac terra visceribus, quæ nulla adhuc industria vel avaritia, sed casus & natura aperuerant, primum agricolum, & eam quidem rudem ac simplicem, hoc est, innocentem ac iustum vitam, homines vivisse. Quia sub dio frigida tristes noctes, natura iudicabat incommodeum. In istis vero, ferarum ac pecudorum potius, quam hominum latibilis, numero ac familijs aucti, ad loca capaciora progresi, contra temperiem & iniuria aeris, naturali ductu, defensionem quærentes, hirundinum & avium solertia sunt imitati, ex stipula, arundine, ac luto, ruguria quædam, rudi structura, excitantes, ex fronde, cespite, vel arundine, contra tempestates, recto, lutea sua pallaria conluserunt. Ob auctiorem desiderio bolem, & continuatam generis propagationem, familiæ se diuidentes, in plures casas tanquam in colonias diuersas prodierunt, ubi naturæ ductus, plurimum edificiorum rationem suppeditauit, quæ securitas ac defensionis gratia, diuersas habitationes, vicinitates, ac viros excitatuit. Vnde Archyta cura, Agricultura, Pecuaria, limitu distinctiones, villaticæ, & agrestes passiones sunt natae. Hinc igitur nomen, à dimotis, vel transgressis limitibus, & contéditionum seminarij est ortum: Et prima illa aurea ætas, que in primis vita humanae rudimentis sponte sua, sola virtute regnante, sine vitiis orum lue, sine lege, fidem, rectumq; colebat, splendidum conuiuiorum apparatum, & vestimentorum luxum ignorauit, sed quæ alimenta primùm terra spontaneo beneficio suo, postea rudi & in condita agricultura, adiuta, suppeditabant, ad arcendum famam ac sicum parere, & pro necessitate tantum sumebat. Hęc, inquam, aurea ætas, similitatis & iustitiae sole declinante, in deteriorem, argenteam tamē prolem, est immutata. Crescente vero multitudine, cum contra prioræ ætatis, quam aheneam vocat, corruptelas, sui conseruandi & tutandi studio, quod natura omnibus in generauit, frequentiores familie, et loci, consilio, industria, & mutuis praefidis consociatis animis se munire ceperint, cives, à coendo dicti, Opidum, opis gratia, rudi quidem, sed firmiore structura, edificare coeperunt. Quæ post aliquot deinde temporum spacia ex cultiore structura vrbis nuncupata fuit. In qua ciuitas legum & religionis vinculo colligata, ab aliiorum iniurijs, sed defenderet. Hinc Plato lib. 3. de legib. omnes disciplinae & politia ordines ex naturæ fontibus manasse, patefecit. Ita, ex naturæ ductu, imperandi & paredi ratio, Imperium, dico, est natura. Sine quo, ut Cicero tertio de legibus, nec dominus villa, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipsis mundus potest. Ipsa quippe natura dictare videtur, ut parentes imperent natis, gener ofi & nobilis signobilibus, sapientes imprudentibus, & ignaribus. Itaque idem Plato eodem delegib. afferit, Cum Deus formaret homines, quicunque ad imperandum idonei sunt, jis aurum in ipso forum generatione admiscerunt, propterea honoratissimi sunt. Illis autem, qui ad auxiliandum, argumentum indidit. Ferrum denique, & æs, agricolis, ceterisq; opificibus. Indicatis, naturam & eius auctorem Deum, harum varietatum indidisse semina. Summa enim Dei bonitas & infinita sapientia, qua cuncta in gubernationem mundi disponit suas uiter, omni saeculo, quod sibi excusat præciopus viros, qui ingenij & prudentiæ acutum, virtutumq; actionibus auctoritatem sibi comparantes, ceteris, ad politias societas invenandas, & pacificè conseruandas, veluti quædam numina, præluererit. Talem olim celebrarunt poëtae Iouis filium Argiutorum Regem APIM, qui ruditum Aegyptiorum misertus, reliquo pro-

## P R A E F A T I O.

priore regno, eos omnem pietatem, fustitiam, prudetiam & agriculturam docuit. Talem Mauretanum regem A T L A N T E M, qui Astronomiam docuit, & proinde celum humeris sustinuisse fingitur. Talem OR PHE V M, qui bruta animantia, atq; ipsa etiam saxa, cythare cantu, hoc est, rudes & agrestes populos, eloquenti oratione, ad moderatam vitam, ad vrbes condendas atq; colendas pertraxit. Talem etiā HER C V L E M illum Libycum, cuius operam in monstros domandis, hoc est, populum à tyrannorum scutia liberando commendarunt. Tales multi successerunt alii, qui virtutis & patriae amantes, incautum populum ab externa & domestica vi, & ab influentium hostium perulantia, & predationib. defenderent. Ex talium heroum officina, Magistratus, Nobiles, Principes & Reges orti sunt, quos virtutis studium, honoris etiam & immoralitatis appetitus generosos, & magis inclitos reddidit, quorū gregia consilia, victorias, bella, & her oīca facta, ante literarum & historiarum usum, seniores junioribus rhythmis, & cantilenis, narrare solebant, (quod Tacitus apud priscos Germanos, dum Romanis nondum parerent, vītatum fuisse perhibet: & hoc etiam tempore, apud barbaras gentes, Turcas, Tartaros, & Scythas obseruatur.) Quando deinde humanam industriam, artium vius magis polire cepit, successerunt carminibus historiae, historijs imagines, statuae, monumenta, clypej, faxa, inscriptions, pyramides, numismata, quibus exempla & premia virtutum & scelerum pœnæ, ciuibus ad honestas actiones colendas, proponebantur.

Sed & præter naturæ & rationis instinctum, vrbana & ciuilium societatum inuenitrix, ipsa fuit necessitas; Homo enim multis ad bene vivendum indiget, & propterea ad societatem vitam propendet, quia ad eam quasi natus videatur, quod cum Aristoteles multis argumentis ostendat, tum eo maximè, quoniam solus is ex omnibus animalibus particeps est, composque sermonis, quo sit, vt ille ad cœtus & congregaciones aptus sit magis, quam apes, formicæ, aut vilæ bestiæ cōgregabiles. Tam arctum enim est societatis humanae vinculum, lingua & sermonis communio, vt dicente D. Augustino lib. 19. de ciuit. Dei cap. 7. libentius sit homo cum cane suo, quam homine alieno. Itaq; cum in ciuii societate mutuis colloquijs, prudentia, consensu, consilio, & conspiratione multorum, homo suis, & suorum necessitatibus succurrere, mala auertere, & ex impotenti ac debili, firmus ac potens, publicisq; viis ad communem defensionem idoneus constitui possit: Hinc ciuiles societates homo vehementer amat, quarum beneficio homines singuli, qui separatim consilij inopes, impotentes, ac debiles, certis vrbaniorum foederum vinculis, que virtutis & prudentiæ anilis coherent, yni quasi magnum, validum, ac potentem hominem constituunt, quion tamen intra viuis opidi muros domi, varia a se atceat incommoda, sed procul etiam foris terra, marique domine netur.

Tales autem societas vel sunt viuis vrbis, vel in alios quoque populos foris ex crescunt, qui certis pactorum legumque foederibus in viuis quasi imperij & Reipub. formam coiuntur: In qua sunt mutua & confederata hominum in diuersis locis existentium auxilia. Quemadmodum enim qualitates diuerse bonam corporum constitutionem & sanitatem conseruant: Ita politica mixtura omnesque in vna ciuitate, pro sua conditione in bono & communitate statu defendit. Cuius quidem politia harmonia & constitutione contingit, vt, cum alijs ad alia sint apti, ex multis consociatis ciuibus diuersorumque consiliorum communicatione, quasi vnu vir prudens formetur, & constituantur, qui vniuersam deinde societatem in unitate & concordia conferuans, in finem bonum gubernet & dirigat. Hoc Cicero lib. de Repub. commemorat. Sicut in fidibus & cibis ac cantu ipso ac vocibus, concentus quidam tenendus est ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ senere non possunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione tamē concors efficitur & congruens; sic ex summis ac medijs, & infimis interiectis ordinibus vt sonis, moderata ratione ciuitatem concentu dissimiliorum concinere: &, que harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atq; optimum omni in reipub. vinculum incolumatis; camq; pacto nullo sine iustitia esse posse.

Ex ciuibus porro societibus quas partim naturæ, partim necessitatis ratio, Deo ita ordinante; collegit, varie gubernationes, & distinctæ politiarum formæ, regna, imperia, nobilitum, & primatum dignitates, populi & plebeorum distinctiones sunt ortæ. Quædam enim Respub. prudentia & virtute viuis gubernatoris, Monarchæ vel Regis ad communem populi salutem reguntur. Quædam primorum & optimorum in communitate virorum

simili

## P R A E F A T I O.

simili prudentiae fine gubernantur. Quædam populari imperio, legum & bonarum coniunctionum observatione moderato subsunt. Varie namque diuersarum gentium & temporum conditiones, diuersorum imperiorum rationes admittunt, quæ omnes certis legibus consenserunt, necesse est. Illæ enim salus & vincula urbium existunt.

Legitimum vnius imperium, quod monarchæ & regium est, optimum communii iudicio iudicatur, quia vnico totius vniuersi gubernatori correpondeat: Vnde diuinum censetur, quando potentia cum modestia & pietate, hoc est, vera prudentia coniuncta, non permittit, ut licentia corruptat Monarcham, sed, ad bonum publicum, ut vnuus deus, vnuus sol ciuibus prælucet. Hinc talis Monarcha Platonis, in Politicis, deus aliquis humanus est.

Nec minus optimatum, paucorum nimiriū imperium, exigitur illufre, cum plura beneficia subditæ à multorum, quām ab vnius prudentia expectare possint. ( Nec enim temere vulgè dicitur, plures oculos clarissimi videre, quām vnum. ) Est hoc minus tyrannidi, & mutationi obnoxium; Iuuentutem ad honestatis studia ardentius inuitat; Cum videant & intelligentiue, in hoc optimatum imperio, solam virtutem, rerum experientiam & prudentialiam, aditum ad publicas dignitates parare, emi & comparari potestatem virtute. Honorum & glorie cupiditas omnibus & maximè ijs innata videtur, qui opibus aucti, aliqua experientia se ornatos iudicant, quorum in magna Republica multi inueniuntur, eorum autem, si plures simul ad gubernacula urbium admittantur, paci, & tranquillitatibus publicis bene consulteretur. Ita enim pauciores ab honorum dignitatibus se excludi conquerentur.

Hæc autem optimatum Respublica quamdiu cupiditatibus suis priuatis non inferuit, optima ad communitatum conservationem censetur, neverò, talibus subiacet affectibus, Romani olim diligenter curarunt, qui patritium hominem curia iudicabant indignum, siad decemvique argentilibras diues esse voluisse, &, dum cordatos & incorruptos tantum ad magistratus deligebant, non despiciabant pauperes, quos ab aratro perrahabant ad fasces, & illustrandi habitu seculari, illis fortasse ipsis, quas assumpturi erant imperialibus togis madidum sudore puluerem detergerent. Tunc illi pauperes magistratus opulentam Rempublicam habebant, nunc diues potestas frequenter pauperem facit esse Rempublicam. Carthaginenses tamen fieri non posse crediderunt, vt is bene publica numeræ tractaret, qui inops est aut genus. Melius diximus: Fieri non posse, vt is bene magistrum gerat, quia uaria laborat; genitus enim expleri potest, auarus nunquam.

Nec popolare etiam imperium sua laude & elogio caret: Cūm enim in eo, qui cæteris pares, ex populi præscripto, & lege omnibus probata, cuncta gubernent, & per eam ipsam gubernationem libertati ac commodo publico studendo, sibi ipsis, suisque & paribus vtilles existant; Tum, ex populi imperio, in quodius suum, omnium consensione, tribus, societates, & confraternitates plebis transulerunt, incolumitas communis dependet. In qua quidem gubernatione, si magistratus virtu aliquo corruptus, aberret, certe, corruptus & imprudentia sua poenas, in popularibus suis & ipse luit. Ita partim virtutis, partim popularis & in agnatos affectio, partim populi metus, tale imperium in officio conservat.

Iam autem commemoratæ ciuilium imperiorum formæ, commoda interdum commixtione iunguntur, vt ex duabus vel omnibus vna fiat: Vnde non minus solidum imperij genus, quām ex prioribus separatis emergit. Dumenim optimatum potestas ad vnuis Regis, vel Monarchæ gubernationem accedit, & venerabilis patritorum senatorum coetus, prudentia, & consilio suo, ducem vel principem suum tuerit, & cum eo simul de communis ciuium salute consultat; Certè, vsu & experientia edicti sumus, ciues libentius acceptare leges, & statuta ex multorum prudentia, quām ex vnuis voluntate prolatæ. Quin & tutius sibi iudicant, patres, & patriotics suos cum principe pro Reipub. salute conspirare, quia hac ratione omni periculo & metu liberantur, ne summa potestas, vel in imprudentia vel in tyrannide degeneret. Nam aboluta vnuis voluntas, que aliorum prudentia non fulcitur, & regitur, in tyrannidem faciliter dilabitur. Quod D. Hieronymus considerasse videretur. Quando Britannian fertilem tyrannorum scribit, quia, quo in ea insula ciuitates, tot etiam reges erant. Ut Ioannes Troinus, lib. 1. de Britanniæ origine & antiquitatibus refert. Quin & Reges, Monarchæ & Principes ipsi subditorum animos certiore amoris & obseruantie vinculo, hoc gubernandi modo, quod consilio adhibito, instituitur, sibi obstringunt; quādo intelligunt, prins,

## P R A E F A T I O.

principem, Patriorum & Senatorum adhibito consilio, imperium suum cum Reipub. saluti temperamento miscere. Hac ratione, Titus, Vespasianus, Traianus, Adrianus, bonorum principum titulos, & elogia sunt consequuti, quia Senatorum auctoritatem conferuantes, de publicis rebus ad patres cōscriptos retulerunt. Hinc eleganter Plutarchus, Senatum, in vrbibus cordis locum obtinere scribit, Qui à senectute deducitur. Ut ille enim & nobilis est cœtus Senum, qui emeriti à vulgarib. officijs, ad consilij & regiminis officium transeunt, & in marci- do corpore exerunt mentis vires, eo magis sapientia apti negotijs, quo ab appetitu sensuum minus grauatur, & in exercitijs corporis minus posunt. Quorum consilia, arma sunt, & hasta iuuenum. Tyranni vero, Caligula, Nero, Maximinus, qui bonos semper metuunt, Senatus auctoritate contempta, eruditione, & prudentia excellentes viros, Patrios, & Senatores occiderunt, vt turpitudinem suarum censoribus sublati, Rempub. licentius superimperent.

Sed & alia mixta, aliam Reipub. formam parit, dum nobiles & optimates cum populo coniuncti, vrbes & ciuitates gubernant. Et sic Senatus populiq; potestas aequalis existit & tam senatus consulta quam plebis citata ad publicam tranquillitatem lata, seruantur.

Atq; iste quidem diversæ imperiorum forme, ex vrbium & ciuilium societatum cetero, inspirante Deo; prudierunt. Cum enim homo ad societatem & communem vitam, ob varias necessitates suas, quasi impellatur: Deus, cōgregationum, in quibus verum colitur numerus, omnibus facultatibus prudenter & virtutes illustres excitauit, qui humanos cœtus legum & religionis officio, in concordia retinendo, verum bonum in congregaciones & familias infunderent. Imò, has diuersorum imperiorum formas, ipsi naturæ & dispositioni humana ab origine imprestitæ: quod manifestum erit, si membra omnia exploremus, ex quibus perfetum Reipub. corpus consistit.

Plato, sex hominum genera, ad vrbis perfectionem necessaria commemorat, Agricolas, Opifices, Milites, Mercatores, Judices, &c, rerum sacrarum ministros, Hæc autem Reip. membra, interioribus animi facultatibus accurata harmonia, correspondent. Ratio, sincerae iudicando, cuncta dirigit, & iudicis munere, in domestica hominis repub. fungitur. Voluntas, homini bene cupit, & quasi militari præsidio eam communit, omnesq; ab ea iniurias propulsat. Mercatores, hominum genus aurarum, quæstui operâ nauarum, necessaria cōmunitati procura, quibus proinde agricolas atq; opifices coniungimus, hi cupiditatibus & appetitionibus sensuum correspondent. Mens deniq; cunctis animi facultatibus, velut regina & domina praeficit, quam Religioni tribuimus. Quæ meritò sal & anima vrbium, & ciuilium societatum dicuntur, quia in omni Rep. primum est, rerum diuinarum curatio: Quarum obseruantia natura instinctu, humanos animos occupavit. Nulla enim natio, siue græca, siue latina, siue cultura, siue barbara, vñquam inuenta est, quæ villam Reipub. formam, sine aliquo numinis & Religionis cultu instituit. & quæ non firmiter sibi persuasit, Religioni sua cultu à Deo aliquo profici. Nulla, inquit Cicero, gens est tam fera, nulla tam immanis, cuius mentem non imbuerit decorum calendorum opinio. Omnes enim, vt idem actione v. in Verrem inquit, religione mouentur, & deos patrios, quos a maioribus acceperunt, colendos diligenter, & recinendos arbitrantur. Numa Pompilius, per Religionem, ferocem populum Romanum compescuit. Apud Lacedemonios Licurgus, leges suas auctoritate muniuit, cum ab Apolline Delphicas profecetas, diuulgaret. Minos, Cretensibus suas à Ioue, Zeleucus, Locrensisibus suas à Mercurio traditas. Mahometes Alcorani precepta per Gabrielem Archangelum cœlitus delata, Turcis persusit. Aristoteles lib. Politicorum 7. cap. 8. hæc vrbis necessaria recenset, Alimenta, artes, arma, ad publicos & priuatostvs pecuniam, &c, quod ad Deorum cultum pertinet, quod sacerdotium, sacrificiumq; vocatur. Plutarchus aduersus Colotem scribit: Si terras omnes peragres, inuenire poteris vrbem, muris, literis, regibus, domibus, opibus, numismate carentem, sed, quæ precibus, quæ iure iurando non vtratur, quæ nō bonorum causa sacrificet, quæ non facris mala auertere nitatur, nemo vidit. Apud Aegyptios Regis Magni, Magna-pientis, Magni q; sacerdotis personam vnum sustinebat, nec lecitebat cuiquam sine sacerdotio & religione imperare. Noē cum domesticis sui ex mandato Domini, ad propagationem generis humani, & ad omnem plantandam instituendamq; Rempu. progrediens, à Religione, & cultu diuino, tanti operis sumpsit initium, statim enim adificato altari, holocausta Deo offerit. Ita & ad primas Christianorum ciuiles congregations stabilendas, Altaria eriguntur, & vel Metropolitanæ, vel Cathedrales cōstituuntur. Ur Ecclesiastica Cathedra, ex quibus per Religionem, Politie, stabilitum, hoc est veram iustitiam, primarię vrbes percipiunt. Per quæde inde vicinę prouincię perpetuo unionis & successio niſ nexu, per Religionis cultum, in veneratione vnius numinis confirmata, quasi in Dei ciuitatem eleuantur, dum formā, spiritum, verum bonum, & vnitatis doctrinam ab uno fonte, per pacis & vnitatis alueum haurient.

Atque

P R A E F A T I O.

Atq; hæc quidem de tribus Reipub. bonis, & ritè institutis gubernandi formis, pro istius præfationis ratione dicta sufficiant. Sequitur, ut etiam trium viciosarum conditiones, simili breuitate, explicemus.

Monarcha Regis, & vnius imperium, dum libertati, & publico subditorum bono studet, cum diuina totius viuensi gubernatione, magnam similitudinem habet. Ac verum consequitur finem, in quem à Deo Regum potestas est instituta, nimurum, vt iudicet populum, & pauperes populi æquitate, saluos faciat filios pauperum, & seruet eos innocuos, atemperitate, calunnia, & suppressione potentum. Psa. 71. Verum vbi gubernator hic vnicus, violenter subditis imperans, boni priuate, & cupiditatibus suarum studio implicatur, & alijs viciosarum affectionum harpijs ac beluis stipatus, in vrbium & politiarum theatrum procedens, cuncta libidine priuata, non æquitate & ratione definit; Dum populum tyrannorum suorum potenter & voluntati permitit, quorum deinde pascua sunt pauperes veluti venatio leonum onagri in solitudine. Eccl. 13. O infelicem, tali duce & tyranno, Rempub.

Similis gubernationis facies, & ciuium pressura exsistit, quando paucorum potestas, sine lege, sine virtute ac discretione, ambitiose imperans, cuncta ad priuata studia dirigit. Tunc simul multi tyrauni, vnam rem publ. grauant, omniumq; fortunis, velut hydra varijs instruta fauibus, inhiant.

Popularis vero status, quando & is à vero bono gubernationis fine, qui libertas est, & bonum comune, in vicium declinat, tum & is valde noxious & periculosus, non Rempub. sed perturbata confusio dici meretur. Qui à effrenis, sine legibus, insolens, in licentiam labitur, omnem honestatem priuatis bonis, & cupiditatibus postponit, mobilis, inconstans, & quasi in domita procella seditionis turbine vrbes perturbat, conuelli & concutit. Non est iudicium, inquit Cicero, consilium, ratio, discretio in vulgo.

Porrò, vt internas animi facultates, diuersis poliſtariarum formis, apta harmonia conuenire deduximus, ita viciosos hominis affectus, vrbem male constitutam, non dissimili ratione representare inueniemus. Vbi enim rei tantum priuata studia, avaritia, vel munerum sitis, Regem vel magistratum inuidit, ibi statim his affectibus dignis satellites admittuntur. Ministrorum præbent oculi & manus ad munera, & oculigeruntur in manibus ad artificiosam rapinam, ad enormes & illicitas exactiones, quæ adinopiam adiungunt plebem. Aures facilem, quia lucrosum, præbent auditum, diuersarum gentium populus, vt in ciuilem societatem ad missis, in quinque orum integratam, ritibus, & opinionib; peregrinis insificant. Ex quib; quidem principijs, animi regina, mens, in gubernatore, ita sensim intoxiceatur, vt parum admodum de priuato vrbis vinculo, quod est religio, & pietas, sollicita; licet vnam, pro consuetudine, colat, qualescumq; tamen alias irrepere, sine cura permitat. Quarum professores, domestica consuetudine, & serpentina calliditate, vt cancer, per multa communis membrorum longius pro serpentibus, turbulentia negotia ipsi deinde magistratu[m] mouent. Adeo, vt tandem vna cum ciuib; communione interitu, temeritatis, & imprudentiae sua poena lauat, & male mulctetur. Nam vt eleganter apud Dionem Cæsarium, extat. In vrbes noua numina introducentes, multos impellunt ut mutationem rerum. Vnde commutations, seditiones, conciliabula existit, res profecto minime conducibilis Principatu[m].

Has autem Reipub. non bene constitutæ rationes, paulo explicatis, sed tamen breuiter deducimus. Statim post Noë tempora, primo humanae propagationis initio, viciata Chamii profapia in malæ Reipub. & tyrranidis ortu, vim & operationem suam exercere, & ostendens recepit, quando Nembrodum, robustum ante faciem dei sui venatorē & gigantē, in personem subditorum edidit, quos linguarum confusione dissipatos vidit, qui ex pietatis & iustitiae tramite, in tyrranidem & impietatem prolapsus, violentarum manuum potentia etiam confitit, vt iustos & vindices diuinæ maiestatis oculos non timens, homines, tanquam feras, venator tractaret, cū venatorum genio, lucrum & voluptatem ex gubernationis & magistratus sui venatione captans. Imò, ad tantam etiam impietatem deueniens, vt ipsum Deum ex altis cœlorum sedibus, Babylonica turris ædificatione deturbare, & diluuij, vel similem diuini numinis vindictam, superare conaretur. Quod turbulenta oratione declarauit, quæ apud Iosephum, extat, primo Iudaicorum antiquitatum lib. cap. 4. Hic gigas est dictus, quia crudelis & ferox, ius omne in manibus, non in vera ratione constituens, vt venator, prædictus & voluptatis expectatione, magistratum adjicit. Fit hoc nonnunquam ex iusta permissione diuina, vt ex cap. 14. Esaïas confit, Infernus, inquit, sub te conturbatus est in occursum aduenitus tui, suscitauit tibi gigantes omnes principes terra.

Tales, scribit in Gigantomachia Becanus, sunt omnes principes, magistratus, & Reges, qui in gubernatione sua ostendunt, non rationem se, & æquitatem sequi, sed libidinem suā,

P R A E F A T I O.

casibus, & interitui obnoxia cognoscant, cogitationes suas, studia, animum & mentem, quae nulla creati satiari potest, ad sublimia & sempiterna bona eleuent, ad solum Deum angelent. In cuius manu sunt omnia iurare regnum, & omnes fines consistunt.

Et hac quidem ratione, Regna, yrbes, & Repub. manes & labores suos perferunt, fatumque suum, hoc est, ruinam & interitum consequuntur. L. Florus populi Romani & Vrbis Romae; quatuor ponit etates, in fantiam tribuit gubernationi Regum; crescentem verò & adul tam, consulibus. Ut enim hominum etates annorum accessione mutuantur. Ità ciuilibus so cietatibus, florentem, maturam, & senescentem etatē, scriptores alij cum L. Floro, attribuunt, senilem, & decrepitam, fatalem yrbium euerionem nuncupantes. Ego iustitiam & vindictam diuinam dixerim, quam non fatali, & alieno aliquo casu, sed propria culpa yrbes sentiunt. Fatetur id Cicero, qui Romanam ruinam Africanam iusta lamentatione introdit. Nostra, inquit, etas cum Rempub. sicut picturam accepisse regiam, sed euanescensem vetustate, non modo eam coloribus ijsdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id qui dem curauit, vt formam tantum eius, & extrema tanquam linceamenta feruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit stare rem Romanam, quos ita obliuione obsoletosvi denus, vt non modo non colantur, sed etiam ignorentur? Nam de viris quid dicamus? mores enim ipsi perierunt virorum penuria: Cuius tantum malum non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitii, quod adammodic dicenda causa est. Nostris enim vicis, non oculi aliquo Rempub. verbo retinemus, recipia verò iam pridem amissimus. Hæc quidem Cicero, qui, si doctrinam Christianam gustasset, qua nos, per misericordiam Dei imbuti sumus, Anne, cum Syrach dixisset, Regnum à gente in gentem propter tyrannidem iniurias, & alia principum ac populorum delicta transferri. Et cum Sapiente, Prou. 14. Iustitia eleuat geneum, miseros autem facit populos peccatum.

Deus iusto suo iudicio, causas quandoq; permittit, ob quas yrbes, communitates, & regna, vel domesticis, vel externis bellorum procellis, per afflictionem & paupertatem, ad veram erratorum cognitionem, & depravatæ vitæ immutationem adigantur. Scribunt & conqueruntur Medici, nouos subinde morbos humana corpora molestare, qui ab Auerroe, Aucenno, Galeno, Hippocrate noti & explicati nunquam fuerunt, ita, vt noua sint excogita remedia, quæ his curandis, adhibeant. Consimilis modo Regnum, Rerum publicarum & Yrbium corpora, nouarum & incognitarum factionum virus, infelicitate, frequenter occupat, quorum ne nomina quidem intelligi, & explicari queunt. Meminit Meierius in Flandriæ Annalibus BRIGANDORVM; Predones fuerunt, qui vifque adeo in Normandia inualuerant, vt licet uno anno decem milia ab Angli supplicio affecti fuerint, tamen ista fece Regio minime purgari potuerit. Meminit Leleus in descriptione Scotie FACTORVM, qui vniuersam Scotiam diris modis vexabant. BOAGANDOS Sulianus recenset, non quidem seditiones, sed, quos cruentorum iudicium tyrannis, ob crebras & intolerabiles exactiones, & seruitutem, quouis morte duriorum, criminosos fecerat, vt abs Romanis ad hostes ac barbaros deficerent. Meminit BRABANTIO num Anthonius, qui in Gallia summè crudelitatem yrranianiæ exercabant. Hæc autem graffatorum genera, quare talia fortita sint nomina, nemo haçtenus explicavit. Circa initium imperij Valentinianniæ nioris BAGAVDAR VM factio Gallias affixit, Battone duce, rusticis seruisq; grauiter tumultuibus, GVELFI & GIBELLINI, quas strages in orbe Christiano ediderint, nemo se reñescit: quaverò de causa sint ita nominati, non facile expediueris, nisi dubias conjecturas pro veris principijs velis haberi. Beccanus in suis Atuaticis, difficultum, inquit in factionibus nominum causas inuenire. Quoties his annis proximis, quibus factio primum in Francia, deinde apud nos in Brabantia orta sunt, ingenti publicæ tranquillitatæ damnō, & extremo fortassis, ni Deus auerterat, exitio christianitatis, disputationū meminimus, qua causa illa HVGENOTARVM, ha; GEVSIORVM accepit nomenclaturam. Etenim eiusmodi buduras voces, semper ingens aliquod malum portendere iudicō; quod Romanī etiam crediderunt, dum boni nominis cum eslevissent, quem primum militia adscriberent.

Multa de Repub. & yrbe bene instituenda à summis & præstantibus viris prudenter sunt excoigitata, & ad posteritatem doctissimis scriptis transmissa, quorum commentaria & politica præcepta multi ex Magistratu libenter legunt & amplectuntur, & tamen optatam horam Reipub. formam aequi nequeunt, sed cum dolore & gemitu quandog tollerare coguntur, quod non optima consilia in yrbibus suis præualeant, quæ publicam ciuilis societatis pacem perturbent. Quo quidem ipso monemur, vt non nobis, & humanæ tantum prudentię, sed diuini nominis gloria omnem bona gubernationis honor em adscribamus. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit cam. Quod veteres fibi firmiter persualisse, multis argumentis ostenderunt, quando vallorum & mœniorum, potentiaz, quibus

P R A E F A T I O.

bus arcis & opida validè cinxerat, minimè confidentes, numina quædam diuina, & tutelares diuos colebant, quibus aras & templâ erigebant, vota, preces, thura pro communitatibus conseruatione offerebant. In urbibus Priapum colebant, Palladum, Mineruanum, Junonem, Opem, Mercurium, & summâ Deorum Iouem: In Arcium & turrium munitionib. Martem: Provincias autem & populos, nunc Herculi, nunc Marti certa religione, & opinione numinis, committebant. Vrbes & ciuiles congregations, per generationis successiōnēm conseruari videbant, idèo in honore & veneratione habuerunt Priapum, Junonem, & Opem: Illam à iuuando, hanc Opem & Opigenam, quod implorata, partum iuaret. Apolliniverò, Minerua & Palladi, magnos attribuerunt honores, quod hęc casus, quas condidit vrbes, prudentia, & bona administratione gubernaret: Quia multitudo, nisi prudētia, & vera sapientia dirigatur, diu sublisteret nequit. Pallas enim, cùm Troiam fuisse egressa, subducto Palladio, tum illum in hostium potestatem deuenit.

Marti, in montibus & editioribus locis, in portis & munitionibus, constitutis aris, sacrificabant, eo, quod is, furiosus murorum eversor, censetur placandus, nec cibis obesse, & exercitio lam potentiam suam in eos exerceret. Et, quiā Germani, gens Martia, feror ac potens, armis semper affusa, hinc lūtum & bellorum numen, Martem, ut plurimum coluerunt, quemadmodum Tacitus, & Plinius referūt. In Hassia, Martpurgum, cum arce, praecello in loco posita, vrbs nobilis, à Marte denominatur. Itaq; Georgius Sabinus, in suo Hodēporico, eam scribit, Martoris nomen habente Luneburgi, in magnificam Saxonie vrbe, lū mī, in celebrissimo quondam Pomerania emporio, in editiore colle Martis delubrum fuit. In Duceatu Slesvicensi extra Flensburgū supra mōtem, integrā adhuc cernitur Martis delubrum forma rotunda. Nunc D. Michaēlis Sacellum dicitur. Apud Treuiros manet adhuc vetus appellatio mōtūm, inter quos, tanq; geminas speculas, Augusta Treuirorū sita est, vt ab exortu solis imminetia iugā, mōs Martis, ab Occasu mōs Apollinis eiusq; pedi appositus vicus, etiā nūc Apollinis vocatur. Et porta, q; nūc Simeonis est, olim Marti sacra fuit, per quā ad bella processuri, exhibant, & ad campum Martis (planicie huius montis) portæ vicinā exhibant, in quo tyrones ad Martis exercitia erudiebātur. In Sicambriis, haud procul à Teutoburgēs saltu opidum est veteribus Marti lacrum, Martis lacus, nūc Dinckslacken vulgo dictum, Nam dingen, litigare significat, quod Marti proprium est. Ut etiam furere & insaniere, qui seruorem, ferocissimo Deorum Marti, tribuant, quo excandeferēt animus ad iram, imō, ad furorē, rem ac rabiem, Martialis, hoc est, cruento vultu, propellitur. Vnde etiam cruentum, amitemque Deum Martem nuncupant. Hinc, quādā Germanie loca oīlī Marti sacra, à fure ore ac rabiē Martis, Tolliates, post, à Germanis Dollendorff sunt nuncupata. Viuxta Bonnam prima Legionis sedem, pagus est, Marti saec, Dollendorff. Paulo vltterius in Eiffia Tolliates sunt populi, Dominium cel, cui vicus adiacet, cum veteri arce Dollendorff. Quam quidēm appellationis causam, furiosum Martem dedisse nuper ibi per doctissimum virum Crisanum Bosfum inuenta inscriptio arguit, quæ talis est.

MARTI ET GENIO TOLLIATIVM CLAVDIUS VERINVS  
AD PERPETVUM TVTELAM AE DIS TOLLIATIB. DEDIT  
XCL. QVAM AEDEM L. MARCIVS SIMILIS DE SVO POSIT.

Martem Deum tutelarem Romanis fuisse, cum Ioue & Vesta, M. VVelerus in commentarijs antiquitatum Auguste Vindelicorum tradit. Et Ciceron lib. de natura Deorum, Martis, inquit, templo duo, vnum Quirini intra Vrbem, prope portam, quasi custodis, & tranquilli. Alterum in Appia via extra urbem, quasi bellatoris & gradui. Hinc in prouincijs, & Romanorum colonijs, quæ Vrbis religione, & mores imitabantur, Martem, eadem veneratione cujus fuisse, & pro Deo tutelari habitum, complura antiquitatis documenta testantur. Quale est illud in M. VVeleri antiquitatibus.

I N H. DD. D E O. M A R T I E T. V I C T O R I A E. C O N T Y B E R N I V M.  
M A R T I C V L T O R V M P O S V E R V N T. V. S. L. L. M.

Cimbr, in A T V A T I C O suo, nunc Antuerpia, extra Arcem, templum Marti consecrata, capite, qua Neruiorum, Eburonum, & reliquorum Belgaram imperium maximè respicit. Romani Bonnae, primā Legionem Martis numine, tutā & munitā cupientes, in Porta, quæ Vbius respiciebat, & nunc Coloniensis dicitur, sacra Marti Militari fecerunt. Quemadmodum ex antiquissima inscriptione & in loco, per Excellentissimum virum Jacobum Campium Collegiatæ Bonnensis Ecclesiæ Decanum longè dignissimum nunc verò Protonotarium & Consiliarium Moguntinum inuenta, & in historiorum gratiam detecta, manifeste constat: Quæ talis est.

I N. H.

GVLHLMVS SALSMANNVS  
GEORGIO BRAVNIO VR-  
BIVM THEATRVM  
ADORNANTI.

**B**RVNII, carmine crisi magnū mihi, carmine  
nihil hæres  
Mæoniæ te Minciadæ præconia Vatis,  
Maxima te decet ingenii vis, maxima  
Vena:

Quæ minor est mihi quam mediocris vena, fauore,  
Parua, rigata tuo, en, finuo voluit æstu.

Tempus erat, mecum nocti, mihi nosc' voluptas,  
Cum primum Latios imitarer voce lepores,  
Neftoris audiens cum te puer ore loquenter  
Admirans fecundoris mirabile flumen.  
A lquarent verbis tum maxima pondera rerum  
Te evidi, simul obdulpuis sic virilis hora  
Qualibet infigni glomerabat fœnore pensum.  
Non etenim hæreas, precium non viles sinesbas  
Temporis esse tui, sed erat preciosius auro;  
Vnde tu interitus non vñquam Musa veretur:  
Concedet scriptis genium pertemporis somnum  
Circuitum nota fama tuis & grata vetustas.  
Quimodo clarus, eris post funera maior; vt aruo  
Mandatum fenen, glebis vbi putruit actis,  
Concepta virtute reddit naribus agris,  
Fœnore centeno gratum locupletat arantes.  
Gratulor, in grauidis libris tua gloria viuit,  
In grauida queruixit, qua heroibus olim,  
Caudice de sancto louis hinc ab origine prisca  
Codex editus BR AVNI tua dona recludit:  
Scriptorem celebrante magna volumina magnū.

E templo si fu' pœna velut, domibusq; trophæa  
Signabat olim tabulis prastantia facta;  
Atq; hac fæmideis post fatum erat altera vita:  
Cerno tua BR AVNI tabulas, diurni turnus ære  
Hoc opus, & validum magis eras si quid' habebit,  
Dum sol exoritur, dum splendet cornua Lunæ.

Tu monstras orbem, reddit orbita crebra laboris,  
Tu monstras vibes, vibra negotia rerum:  
Orbita monstrar, monstraris ab vibribus, vnde  
Laudas, æternum crefcens laudaberis inde.

Qui lisparet, & à doctis assurgitur omni  
Iure tibi; spatio quantos ante ceterelido  
Scriptor vox valeas, testis res ipsa, fidesq;  
Congrua: nō ornas solumnummodi scriptor,  
Auges & meritum, meritoq; ad scriberis atris.

Hoc aliquid excede quidē mihi credere fas est,  
Quod sol naturæ ardor miracula rerum  
Nos penetrare facit, tandemq; infilere fixis  
Sideribus, celum mensu cognata resuist.  
Conditor hoc orbis terrarum magne theatri  
BR AVNI magne facis, calamus cui tantus, yrborb,  
Vtq; verbes orbis mensures: linea quanta,  
Oppida qua mundi simul omnia colligit vno  
Ducit! ne mirum sit cuiquam, linea tanta est,  
Quam trahit vna desonisq; irruptaq; semper.

Artificum tibi docta manus, tibi seruit Apellis  
Linea, vi, iubos semper dimensu colores:  
Fululos calator iussus conferre labores,  
Ad tua verba fuder formam inducere pictis  
Vrbibus, atq; sicut mundi omniparentis ab ære  
Reddit, delitias oculis offundit amenas,  
Quodq; operis videt effictum variantibus, ipsum  
Hoc præfens, verumq; putat; par copia laudis

Est decor, est precium, precijs redimendaq; nullis  
Virusingenij vero expresa figuris.

Vrbis imago quota est, vrbis te spiratur imago  
Tota, tibi toties effingeret ære Colofum  
Cuius Erirrhais ornato vertice gemmis.

Virtus de cora haec latetur, Jumine Solis  
Concomitante modo perstringunt vndiq; mundū,  
Huius mirantem seclau mole theatri,  
Qui tuus est BR AVN I labor & tua gloria fulgens.  
Sic quod principio quasi parturit vmbra Lycei,  
Effundit Phœbus radis imitabitur astra.  
Quamvis retinatus labor in diuersa trahebat  
Magne virtum, tamen haud fides subduxit amicas,  
Nec tibi diminuit viralem in corpore secum;  
Quippe viges Phœbi seruans cum luce iuuentur,  
A Etatem studijs fallens & flamna Parce.

Djuisit fortuna suis bona fortis alumnis  
Singula, refaciunt eadem collecta beatum.  
Conciliant multis vita felicia labem,  
Sed nil dextera l'ors animo tibi derahit æquo,  
Quia addit potius genero modisti a cultum  
Cultibus eximis: iuri sunt felicia vita  
Fata tua, led qua Rhamnusia nulla flagellis  
A tergo sequitur fasto si criminiis vlxrix.  
Nam Mulæ tecum faciunt, & cattus Apollo  
Innocuos sine labe dies euolnere suader,  
Cura veterinos odit studiofa Mineruæ,  
Omnia sed facit, ut sensu discriminet acri  
Virtutum miles, vita ne fluetur ordo.

In secessuq; suo suspensa lance tuerit  
Mores, ambiguum casu disquirit in omni;  
Hinc res ampla tibi culpam non africat vilam,  
Nec seclaris opes, nec opum di crimina sentis:  
Ocia turus agis, qua porro negotia dicas.

Felix illa quies, non à pietate quieta,  
Palladio q; foro, choro, strepituiq; Camenz.

Dum fidant alij sub ini quo pondere fului  
Plutonis, vincisq; abundt crudelibus aurum;  
Infelix veritis dum intendunt lusibus vuum,  
Contenti solum vitali ignobilis vmbra;  
Aut quam morte magis crudellem dicere vitam  
Fas est, dum Venerem, atq; in concessis hominem,  
Sacri homines, intra polluta cubilia trahant;  
Dum vicos obemunt inter spectacula crebri &  
Turbarum sonitus, inter studia impia vulgi;  
BR AVNIVS intent diris feruient sanctis  
Pectora, surrectos leuat hinc ad sidera vultus,  
Signaque dat Christi verum spirantia amorem.

Potest sucedunt decumana negotia sacris;

/Confutit communè bonum, hacæd munia quæ-

uis  
Haud pronus, conuinicit eum tamè ardua moles  
Officij, facilemque parat deuota voluntas:

Quod reliquum, si quid reliqui, tamè èst neculum  
Demonstrat operum iam iam immortalibus ausis  
Adiicitur libris; hic est post feria ludus.

Horis quid valeat succisa industria parcis,

Quas nolles parcas tamè eis, fluentia monstrant

Scripta, pertingentes di perfa volumina libros

Monstrant. histria mundi complecteriis vibes

Innumerar, sed qua in numerum rediguntur ab arte.

BRAV.

BRAVNI, docte tua, coijt qua totus in vnum  
 Orbis, & ingenio tibi se submittit in axum  
 Omne tuo, qui cquid natura constat, in artem,  
 Inque tuos vslis confert ter maximus orbis  
 Olim, nunc verò quater idem maximus orbis,  
 India cum accedit foli supposita cadenti,  
 Finesq; Antipodum & fine limite peruvia tellus :  
 Huclabor applicuit finem tuus, huc tua profert  
 Scripta simu tecum viatura perennis in axum.  
 Semita quis solis, luna qui curfis, iisdem  
 Mufarum, BRAVNI, eft post fecula multa tuarum,  
 Cum Mufis hiberna tuis, affluatq; degis;  
 Hoc Ver, Autumnusq; tuus, Verumnus idem;  
 Hoc exercitium feruent, moremq; beatum  
 Ovtinam plures, pauci quos Pallas amavit,  
 Seruant, & faciunt exempla probata petuntur,  
 Euge, tuis, eademque viris apissima doctis;  
 A propriis exempla petis tu maxime factis,  
 Supra alios pronus virtuti, artique pudice,  
 Infimius mihi ritè viam; tua limina seruem  
 Ovtinam, ad similes velox axturgere curas,  
 Vt fateare bonum me, quamvis longius ex hoc  
 Difficile parem Mufa Phoebiq; ministrum.  
 Cum Phoebo tibi Mufa dedit prenobilis artes;  
 Huius & huius habes laudes, decus omne, duorum.

### ACROSTICHIS.

**G**rate Deo BRAVNI, non infici de Camoenis,  
 Euge, Vbijs, magnum condere pergis opus.  
 Officium tibi viucturas, eft pangere chartas;  
 Reddam profacto nunc neliocina choro.  
**G**eftio, sacra nihil Mufis non cedit, tantum  
 In studijs studio concelebrate virum.  
**V**rbes Palladias quanto cum fonsore profert,  
 Sic quoque Georgus Pallade digna facit.

**B**ella theatra facit; colet officia theatris  
 Barum scena virum, fornice clarus erit.  
 Amphitheatra cui fient tandem, ista theatra,  
 Vrbitus monstrent vt monimenta nouæ.  
 Nunc est, semper erit, quo eft trascribet olympo  
 Ingenium, fruatur quo propiore Dco.  
 Videntem inscribet manus illum, docta metallis,  
 Seruabitque illum floribus herba suis.





UVIA. BHSC. SC 00745



O. A. G. C. M. A. K.



QJBHSC SC 00748

CIVITATE  
ORBIS  
TERRARU

TOMO D.

745

Biblioteca de Santa Cruz

卷之三



WVA CHSC SC 00745